

**SYNOPSIS  
CHRONICÆ**

**PROVINCIAE ARGENTINENSIS**

**DESUMPTA EX ARCHIVIO ARGENTINENSI**

**ORD. MIN. S. P. FRANCISCI  
CONVENTUALIUM.**

**EX M. S. COMMUNICATO.**

SYNOP

ND. MIN. S. P.

SUPERIOREM

Ordnis Min  
angem. Angerum Ge

o. B. Franciscus Almii,  
ad. Petri, mundo viuedi  
ad. Admiratus ante tribu  
ad. Primus hic loco ab  
ad. Regulan hic primus  
ad. Ab Innocentio III.

Regulan, quem pri  
ad. Leobenam S. Maria  
ad. Hic Affectione Virg  
ad. Debetur Iordanus an  
ad. Melchisedecus Kyrrege  
ad. Ad Laternensem Conc  
ad. Primus Generalia Min  
1000 Gen

ad. Eremum forsan Carci  
ad. Hic in Palestina Reli  
ad. ab Capitulo, florea  
ad. B. Berninus cum So  
ad. S. Peter & Syria redi  
ad. Indulgencia in Ecc  
Quas & Ch

ad. Regulan & S. Petre a  
ad. Cretica Seraphicum  
ad. S. Siquita Peter Regu  
ad. Almii, plebiscitum  
ad. A.P. Daniel, Wulfila  
ad. Gregorius IX. Sum

Primus  
ad. Generalis prima  
ad. Corotouensis. Hic  
ad. Vicarius confundens  
ad. Gregorio IX. con  
ad. sensu ambiens, a  
ad. obligens, andi 125  
ad. varius 2. P. B. Joa  
ad. sicut ei transde  
ad. Fratello, v  
ad. superius transde  
ad. sicut ille, i fe conve  
ad. quodque habent  
ad. varius qui an  
ad. quodque de anno 1220  
ad. et ad. habere sicut fa  
ad. dicitur. Mont. Tom. II

SYNOPSIS  
CHRONOGRAMMA  
PROVINCIIS ARGENTINENSIS  
AD ATTICUM ET ARGENTINUM  
ORD. MIN. & R. S. B. NICOLI  
COMMUNIA TUMULUS

OTTO DE COOMAN





## SYNOPSIS CHRONICÆ

ORD. MIN. S. P. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

QUAE

PER SUPERIOREM GERMANIAM DIVÆ ELISABETHÆ  
SACRA EST.

### §. I.

*De Ortu Ordinis Minoritici, legitima post Sanctum Patriarcham  
Franciscum Ministerorum Generalium successione, Capitulis, Electionibus, &  
Gestis.*

- 1182. B. Franciscus Assisi, Civitate Vallis Spoletanæ in Umbria natus,
- 1206. Patri, mundo valedixit, vitæ formâ totus, atque Habitu mutatus.
- 1207. Restauratis antè tribûs Ecclesiis, Rivitorti ædiculâ primò diversatus,
- 1208. Primos hîc sacerdos ascivit, iisque religioso more, bienniô conversatus,
- 1209. Regulam hîc primam scripsit, cum dilectis 12 Discipulis Romanam meditatus,
- 1210. Ab Innocentio III. Papâ, vivæ vocis oraculâ, quâ & Ordo confirmatus,  
Regulam, quam primus Ipse professus, approbatam reportavit.
- 1211. Ecclesiam S. Mariæ Angelorum, acceptabilem sibi Portiunculam obtinuit;
- 1212. Hîc Assisiensem Virginem illam nobilem claram religioso Habitu induit.
- 1213. Desideriô lucrandi animas, & pro Christo martyrizari, Saracenorum oras petiit.
- 1214. Dispositione divina regressus, Lucernam Helvetiæ divertens, aliquantis per substitit.
- 1215. Ad Lateranense Concilium, ubi 2dò prima ejus Regula confirmata, se contulit.
- 1216. Primus Generalis Minister ipsemet S. Pater, & Fundator Ordinis, quem instituit.  
imum Generale Capitulum Assisi celebravit.
- 1217. Ereum sacram Carcerum, priori annô ab Abbatे Subasiano concessam, incoluit;
- 1218. Hac in Palæstra Religiosos Fratres spiritualia exercitia Magister edocuit.
- 1219. 2dō Capitulo, storearum dicto, Assisi, alijs aliò dimissi, ipse Syriam repetiit.
- 1220. B. Berardus cum Sociis 4. Fratribus in Africa, Marochii martyrium subiit.
- 1221. S. Pater è Syria redux, 3tium Ordinem Pœnitentium proutroque Sexu instituit.
- 1222. Indulgentias in Ecclesia Portiunculæ plenarias à Christo Pœnitentibus obtinuit,  
Quas & Christi Vicarius anno sequenti comprobavit.
- 1223. Regulam à S. Patre ad 12. Capita compendiatam Honorius III. Bullâ confirmavit.
- 1224. Christus Seraphicum famulum suum B. Franciscum in M. Alverniæ stigmatizavit.
- 1225. Signatus Pater Regnum Neapolitanum prædicando, & mira operando peragravit.
- 1226. Assisi, ad ædiculam suam Portiunculæ deportatus, 4tô Octob. in cœlum migravit.
- 1227. B. F. Daniel, Minister Calabriæ, cum 6 Fratribus in Mauritania Martyr agoniavit.
- 1228. Gregorius IX. Summus Pontifex B. P. Franciscum Assisi solennissimè canonizavit.  
Primùmque novæ Basilicæ lapidem consecravit.
- 1229. Generalis primus. post S. Patrem, & primò post obitum ejus Capitulâ, electus  
est F. Elias Cortonensis: Hic aunô 1211. à S. Patre ad Sacr. Ordinem suscepitus, bina  
vice suus Vicarius constitutus, annô 1230. Generalatus officio absolutus; 1233. reelec-  
tus, à Papa Gregorio IX. confirmatus; 1239. ab hoc eodem iteratò depositus; 1244.  
Ministerium denudò ambiens, ab Innocentio IV. meritò repressus, ad Imperatorem Fri-  
dericum II. refugiens, annô 1253. Cortonæ in Patria pœnitens tandem è vita decessit.
- 1230. Generalis 2. F. B. Joannes Parens, Florentinus, Eliæ locâ, Romæ est electus,  
postquam Assisi acta est translatio S. Patris ubi hîc eodem annô congregatis ad Capitu-  
lum generale 2000. Fratribus, venerandum corpus Beatissimi P. Francisci, ex Ecclesia  
S. Georgii celeberrimè translatum fuit ad collem Paradyssi, Basilicam ei paratam, quam  
Papa Gregorius IX. à se consecratam Bullâ in Laterano datâ 10. Cal. May hujus anni,  
statuit Ordinis Caput haberi, & Matrem.
- 1231. B. Antonius qui annô 1195. Ulyssiponæ in Lusitania natus, 1210. Canonicus  
Regularis factus; & annô 1221. Frater Minor, meritis & miraculis celeberrimus hîc annô  
1231. ætat 36. Paduæ obiit sanctissimè: 1232. Canonizatus solennissimè. Annô 1231.  
Collect. Script. Monast. Tom. VI. Y y 2 B. Be-

B. Benevenutus Nobilis Eques, à S. Patre ad S. Ord. suscepitus, F. Laicus, obiit Coroneti in Apulia.

1233. *Generalis* reassumptus Elias, Basilicæ Assisiensis Promotor laudem promeruit, sed Fratrum Regulæ Zelantium persecutor malè adiit: usquedum resipuit.

1239. *Generalis* 3. F. B. Albertus de Pis, Etruscus. 15. May electus, eodem anno die 8. Septemb. magno Gregorii IX. Papæ, ac Ordinis luctu defunctus.

1239. *Generalis* 4. F. Haymo Anglus, eodem mōx anno, initiō Nov. suffectus, declarandam dedit Regulam F. Alexandro de Ales, aliisque tribus Ordinis Doctoribus: ipse Missale ac Breviarium Romanum correxit S. Bonaventuram ad Sacr. Ordinem suffecit: Fratres Laicos ad officia Superioratū inhabilitavit observantiae regularis Zelator, & Communitatis Observator. Sub eo superioris Alemanniæ Provincia separata est, & nostra est Argentinensis dicta.

1239. B. Cælarius Spirensis ab ipso S. Patre ad Ordinem cooptatus, 1219. ab eo Teutoniæ institutus Minister primus, ab Elia reelecto Generali malè habitus Assisi Carceratus biennio, Victor in Cœlo est coronatus, quō elatam ejus animam in mentis excessu Papa Gregorius confexit. Ab eo Fratres rigorem primitivi Ordinis Zelantes, ad annos circ. 60. diētū sunt Cæsareni.

1244. Gen. 5. F. Crescentius Æsinus è Piceno, turbatum vidiit Ordinem: Fratres alii Zelantes institerunt Sancti Patris austерitatibus, alii verò de communitate vitam amplexi sunt mitiorem, quin tamen ab Observantia Regulæ recesserint.

1247. *Generalis* 6. F. B. Joannes Parmensis, Romæ locum, Ara Cœli dictum, aliosque favores obtinuit ab Innocentio IV. qui Fratribus Communitatis appositè per Bullam 1250. Conventionalium dedit. 1252. S. Rosa Viterbiensis, Tertiaria Conventionalis; & anno 1253. S. Clara Assisiensis obiit.

1256. *Generalis* 7. S. Bonaventura Balneo-reginus Etruscus, qui anno 1221. natus; 1243. Ordinem ingressus; 1253. cum D. Thoma Aquinate Parisiis Doctor creatus, Generalatu Ordinis insignitus, sub tribus Pontificibus, Alexandro IV. Urbano IV. & Clemente IV. functus 18. annis 1272. Cardinalis & Episcopus Albanensis à Gregorio X. creatus, biennio post Lugduni, anno 1274. luctu Ecclesiæ, & Ordinis, durante Concilio defunctus est.

1260. Generale Capitulum celebravit Narbonæ, dehinc & alibi quatuor, in quibus plurima pro bono, ac decore Ordinis statuit; ut cultus divini frequentiam; Rubricarum & Cæremoniarum Observantiam, salutationis Angelicæ cum signo campanæ devotionem; Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ Festivam celebrationem; studiorum promotionem, Disputationem, Habitū Religiosi pariformalitatem, Regulæ observantiam, ita quidem, ut citra paupertatis Franciscanæ violationem rigorem ejus mitigari petierit à Papa Clemente IV. promovendorum studiorum causâ. In id totus incubuit, & Boni publici rationem, ne Communitatis unitas à paucis reformantibus scinderetur.

1274. *Generalis* 8. F. Hieronymus Asculanus S. P. Francisci olim Discipulus, ac familiarissimus; actum est sub eō severius cum singularistis & Reformatoriis. Hic Nicolai III. Papæ Legatus ad dissidentes Hispaniarum, & Galliarum Reges; 1278. Cardinalis creatus; 1288. Summus Pontifex, dictus Nicolaus IV. Fratribus Conventionalibus per Bullam concessit eleemosynas Portiunculæ concessit: 1292. vitâ & sanctitatis famâ, decessit. Sepultus Romæ ad Mariam Majorem.

1276. Vice-Dominum Placeñtinum Cardinalem, Episcopum Prænestinum Frat. Minorem fuisse non nisi unius Diei Papam, notat, vetustissimum Ecclesiæ Cathedralis Placentinæ Diarium. Viterbiæ mortuus, & in Ecclesia Ffr. Min. sepultus. Supra memoratō anno S. Benevenutus Episcopus Auximi in Piceno ut Frater Minor obiit.

1279. *Generalis* 9. F. Bonagratia à S. Joanne, Bononiensis. Hic anno 1282. celebrandum Argentinæ indixit Generale Capitulum, ad quod comparuere Provinciales 33. Fratres 700. Episcopi 4. scilicet Conradus Argent. Conradus Probus Episcopus Tullensis; Henricus de Isna Algojus Episcopus Basileensis, postea Archi-Episcopus Moguntinus. Albertus Insulanus, Suffrag. Argent. Omnes isti Ordinis Minoritici. Etiamque interfuit Rudolphus Archidux Austriæ Rudolphi I. filius, cum pluribus Principibus. Ex tunc ibi 37. Capitula Provincialia fuerant celebrata. Præfatus Generalis acceptavit Privilegium Martini IV. Concedentis bona in Communi. Ipse Avinione mortuus est sanctissime.

1285. *Generalis* 10. F. Arlottus de Prato, Thuscus, primus ipse Bibliornm Concordantias edidit. Post mensium undecim Gubernium Parisiis obiit.

1287. *Generalis* 11. F. Mathæus de Aquasparta: Author fuit sequentiae funeralis: Dies iræ &c. Cardinalis titl: S. Laurentii in Damaso, Romæ obiit 1302, in Ara Cœli sepultus.

1289.

1289. *Generalis* 12. F. Raymundus Gaufredi, Gallus, Reatæ in præsentia Papæ Nicolai IV. & duorum Cardinalium, trium horum Conventualium fuit electus.

1294. Orti sunt Cœlestini, quorum antesignanus fuit Fr. Conradus Offidanus. Captata occasione à Papa Cœlestino V. facilè impetrarunt, ut à Communitate separatis eremiticè liceret vivere. Exinde non amplius Fratres Minores, sed pauperes Eremitæ, Fratres Cœlestini maluere appellari. De quibus, etiam ut Eremitæ 1302. Clareni, sub obedientia Episcoporum sub alio ac penitus Franciscanorum habitu diverso prodierunt.

1296. *Generalis* 13. F. Joannes à Muro Picenus. Sub eo S. Ludovicus Caroli II. Reg. Siciliæ filius, qui anno 1275. natus; 1288. Obses in Hispania per septennium; reversus anno 1297. Frater Minor factus, & Episcopus Tolosanus. 1299. sanctissimè obiit. Canonizatus 1313. anno verò 1297. Ludovicus Rex Galliæ 3tii Ordinis fuit Canonizatus: quō etiam anno obiit S. Margarita de Cortona inter Ss. relata à Benedicto decimo 3tio.

*Sæculum 2. S. Ord. Anno 1300.* 1. Febr. obiit B. P. Andreas de Comitibus, Anagninus F. Min. Conv. Anno 1724. 15. Febr. ab Innocentio XIII. inter Beatos recognitus, officiò & Missà honoratus.

1304. *Generalis* 14. F. Gonsalvus de Ulyssipona Lusitanus æque ac Prædecessor erat paupertatis amator, simùlque Communitatis defensor contra Fratres adversantes. Sic quidem in Capitulo Generali Tolosæ anno 1307. congregatis 990. Fratribus ex diversa Regulæ Observantia, & interpretatione, oborta est magna turbatio aliis pro rigida paupertate, aliis pro obedientiæ potius integritate Zelantibus. Causa hæc in Concilio Vienensis in Gallia sub Clemente V. acriùs agitata, decisa est suffragio Patrum, nempe sufficere modum vivendi Communitatis Ordinis ad veram S. Francisci Regulæ Observantiam. Sub hæc tempora B. Joannes Duns Scotus, qui anno 1274. natus, quando mortuus Doctor Seraphicus S. Bonaventura, Doctor Subtilis floruit 1308. Coloniæ obiit.

1309. B. Angela de Fulginio vid. 3tii Ord. ejusdemque promotrix in Cœlum transit.

1313. *Generalis* 15. F. Alexander ab Alexandria: Hic, ut jam antè in Concil. Vien. 1311. Communitatem Ordinis, contra quoscunque tumultarios defensavit, tantò nunc impensis, reducendis erronibus allaboravit. Alii ad obedientiam redierunt, alii refractarii, simulatione perfectioris vitæ in varias sectas abierunt.

1316. *Generalis* 16. F. Michael Cæsenas, optimè reformatum sūæ Religionis corpus vidisset, nisi pessimè ab Ecclesiæ capite demum defecisset. Electus hòc ipsò anno Papa Joannes XXII. Curæ habuit Ordinis Communitatem; cujus auctoritate proscripti sunt fratricelli Narbonenses; Bizochi, quorum Caput F. Hermannus Bizochus jussu Bonifacii VIII. exhumatus, & crematus est ut hæreticus; Item Beguardi, Beguinæ, Clareni, cum Cœlestinis, & quibusvis extra Communitatem, ac obedientiam Generalis degentibus. Egit hoc in negotio minoritico multùm Pontifex, maximè contra Zelantes, qui obedientiam declinantes anno 1275. contentiosiores effecti, declarationibus Gregorii X. protervè oblocuti, Papæ auctoritatem moderandi Regulam temerè denegarunt: anno 1289. rursus insurgentes, Ordinem injustè diffamarunt, quos Nicolaus IV. puniendo mandatum dedit Generali. Quos nunc Joannes XXII. in Bulla Incip. Gloriosam Ecclesiam &c. intitulat viperarum partus, superstitiones, Discolos, temerarios, mendaces, hypocritas, seductores, & meræ vanitatis homines, qui immeritò se solos de Observantia jaçarent, Ordinisque communitatem de transgressione damnarent: & hi modò magis ac magis insanientes, in plures etiam prolapsi errores, ac hærefes, excommunicati sunt, & exterminati, & extincta eorum secta anno 1318.

1321. Occasione Narbonæ capti Beguardi cuiusdam, orta est inter Ordines Prædicatorum & Franciscanorum Controversia de Christi & Apostolorum paupertate in terris. Multis agitatum est hoc objectum disputationibus; Pontificem Ordini nostro, ac Generali Ministro fecit offendit, ut propterea renuntiaverit ille Dominio rerum minoribus oblatum & concessarum. P. Generalis in gratia Summi Pontificis ab eo deflectens, deinde ad Ludovicum Bavaram Imperatorem, cum F. Guilielmo Ockam refugit, anno 1328. Monachii exul. obiit, anno 1342.

1327. S. Rochus ad montem Pessulanum in Gallia Narbonensi obiit, quem Annales Franciscani, & Paulus III. Papa 3tio Ordini adscribunt.

1329. *Generalis* 17. F. Gerardus Odonius, Gallus, electus Parisiis sub Præsidio Cardinalis Bertrandi. Sub hoc Generali F. Joannes de Vallibus Ordinem ingressus anno 1325. & anno 1334. à Præfato Generali petit, & obtinuit licentiam, in Brulliani montis eremitorio habitandi, initium dedit, ut scribit P. Fortunatus Hueber in Menologio Regulari Observantie, quem & Observantium Fundatorem appellat. Quietam quidem is vitam duxit, & quievit in pace, Anno 1351. Gerardus post absolutionem ab Officii Generalis in Capitulo Assisiensi à Benedicto XII. creatus fuit Cardinalis, deinde Episcopus Cataniensis, deinde missus Legatus Apostolicus in Bosniam, ubi sex Custodias nostri

Collect. Script. Monast. Tom. VI.

Z z

Ordinis

Ordinis instituit, deinde missus in Hungariam ad convertendos Hæreticos. Factus postea Patriarcha Antiochenus. Tandem obiit 1348. epidimiâ illâ Generali extinctus, quâ ferè universus Orbis magna saltem ex parte interierit.

1330. F. Petrus Corbarius, Petri Cathedram ex Ara Cœli temerè conscendit, Romæ anno 1328. à Ludovico Bavarо Imp. contra Papam Joannem XXII. factus Antipapa, Coronatione mutua, jam pœnitens ad cor rediit, & sublato schismate, Avenione anno 1333. quietè in pace. Anno sequenti & Pontifex Joannes obiit. Circa hæc tempora Siciliæ Rex Robertus, & Sancia Consors pro Minoritis Loca Sancta Jerosolymorum à Soldano Ægypti acquisiverunt.

1343. *Generalis* 18. F. Fortanerius Vasallus Gallus in Capitulo Massiliæ celebrato sub præsidio Fratris Fortanerii Vasalli Vicarii Apostoli in præsentia Cardinalis Eliæ Ord. Min. fuit electus in Ministrum Generalem ip̄met Frater Fortanerius Vasallus Ss. Theologæ Doctor Clementi VI. valde dilectus. Anno sequenti factus est Episcopus Ravennæ. Deinde Patriarcha Gradensis. Denique ab Innocentio VI. Cardinalis: rexit tamen ad interim Ordinem tanquam Vicarius Apostolicus, obiit 1347. ibidem apud Conventuales sepultus.

1348. *Generalis* 19. F. Guilielmus Farinerius Aquitanus in Capitulo Veronæ celebrato sub præsidio Fratris Fortanerii Vasalli Archiepiscopi Ravennatis & Vicarii Apostolici electus in Ministrum Generalem. Rexit Ordinem 9. annis. 1356. ab Innocentio VI. Creatus Presbyter Cardinalis: Obiit tandem Avenione 1361. & ibidem apud Fratres sepultus. 1348. tanta fuit pestis, ut vix tercia Fratrum Pars manserit superstes. Favore duorum istorum Generalium, & pietate Beati Joannis de Valle Bruliani (qui tamen sub Obedientia Ministri Generalis, & instructione Patris spiritualis vivere perstitit) Fratres eremicolæ multum increverè. A Clemente VI. strictroris vitæ facultatem consecuti, ab Innocentio VI. ad Communitatē reduciti. B. Joanni associavit se etiam F. Paulitius de Trinis Fulginas, à quo incrementum sumpxit Observantium Familia. Obiit autem B. Joannes de Valle miraculis clarus relinquens plurimos Discipulos, qui declinaverunt à Ministri Generalis & Provincialis obedientia. Sed facta est Dissolutio hujus Societatis per Capitulum 46. Generale Afflisi habitum, & Approbatio Clementis VI. per Innocentium VI. revocata.

F. Nicolaus Lyranus, natione Normanus, genere Judæus, anno ætatis 35. factus Christianus, à Generali Raymundo Gaufredi ad S. Ordinem suscepitus, obiit 1349. Eð anno sævissima pestis toto ferè grassata est Orbe. 1351. S. Conradus Comes Placentinus 3tii Ordinis obiit.

1356. *Generalis* 20. Frater Joannes Buchius electus in Capitulo Generali 47 celebrato Barcinonæ sub Præsidio Cardinalis Farinerii Vicarii Apostolici. In hoc Capitulo ad Summum Pontificem delatus fuit Armacanus Hyberniæ Primas indigna scribens contramendicantes, quapropter definitum fuit à Summo Pontifice Armacanum esse excommunicatum, & hæreticum. Hoc anno cogitavit Minister Generalis totam etiam Germaniam visitare, sed in Burgundia obiit Beluæ, ibidem apud Conventuales sepultus. Interim Cardinalis Farinerius Ordinem gubernavit tanquam Vicarius Apostolicus.

1359. *Generalis* 21. F. Marcus de Viterbio Romanæ Provinciæ Ss. Theologæ Doctor in Capitulo Genuæ celebrato sub præsidio prædicti Cardinalis Guilielmi Farinerii in Ministrum Generalem electus. Hoc anno tanta fuit pestis, & se per ordinem terrarum ad diffudit, ut plurimi Fratrum pietate & doctrina fulgentes objerint, inter quos & ipse Cardinalis Farinerius, duo alii Cardinales, duo Archiepiscopi, duo Episcopi, & in toto Ordine 1547. Fratrum. Capitulum Generale 49. Argentinae instituit 1362. & 1365. Florentiæ. Qui postea 1366. die 18. Septembris ab Urbano V. creatus fuit Cardinalis Diaconus Tit. S. Mariæ in via Lata. Et Protector Ordinis Frater Nicolaus Cardinalis ejus loco rexit Ordinem. Interim Pontifex Generalem sæpius pro pace inter Principes Christianos ineunda pro legationibus misit. 1. Inter Ducem Saubaudiæ, & Montisferrati. 2. Inter Florentiam, & Pisam. 3. Fœdus inter quasdam Italiæ terras ad abiendos Ecclesiæ hostes &c. Tandem plenus meritis obiit Viterbiæ 1369. ibidem sepultus apud Conventuales.

1367. *Generalis* 22. F. Thomas de Frignano. Afflisi in Capitulo ad Festum Pentecostes celebrato Generali 51. sub præsidio Fratris Nicolai Cardinalis & Protectoris tunc Ordinis electus fuit in Ministrum Generalem dictus Thomas Frignanus Mutinensis Ss. Theologæ Doctor ex Provincia Bononiensi Excellens Concionator, qui 1378. ab Urbinio VI. creatus fuit Cardinalis: obiit Romæ 1380. & ibidem sepultus. Sub isto Generali sumpserunt Observantini incrementum sui instituti. Quidam Frater Minor nomine Paulus de Trincis, natus è nobilissima progenie olim è Suevia in Italiam translata sub Imperatore Friderico Barbarosa; anno 1323. à Conventualibus ad S. Ordinem statumque Laicalem suscepitus, anno 1368. à Generali Frignano Licentiatus, habitare paucis cum Sociis, à Communitate segregatus in locis solitariis; anno 1380. aucto propositum

modum

modum Sodalitiō, Pater est factus Familias, quae successu temporis Italiā, Galliā, Hispaniā, Germaniā, Poloniā, Hungariā, & ferè toto Orbe diffudit. Ortum, & progressum ita recenset eorum Annalista Wadingus ad annum 1375. N. 44. Fratres Eremitiorum ē Regione dicebantur, qui loca illa deserta, & solitaria Eremitoria nuncupata sub disciplina F. Pauli incolebant; sed paulò post defecit hoc nomen, dum ab Eremitoriis ad occupanda etiam, & reformato majora Cœnobia Conventualium transferunt: Fratres Familiæ tunc dicti. Ipse autem bonus F. Paulus ad pristinum suum Conventum Fulginium reversus inter Fratres Conventuales obiit anno 1390.

Anno 1373. Generalis 23. F. Leonardus Giffonensis in Capitulo Tolosæ ad Festum Pentecostes celebrato Fratris Bertrandi Cardinalis Vicarii Apostolici in Ministrum Generalem electus. Iste Generalis Fratri Paulutio sic dicto Observantum Antesignano multa praestitit Beneficia & privilegia in detrimentum, & prejudicium Ff. Conventualium. 1376. creatus ab Urbano VI. Cardinalis obiit Avenione apud Minores sepultus. 1376. Aquilæ in Regno Neapolitano celebrato fuit Capitulum sub praesidium dicti Ministri Generalis in hoc Generali Capitulo 54. convenerunt 2000. Fratrum. NB. Eodem anno die 13. Januarii Summus Pontifex Gregorius XI. rediit Avenione Romam cum Sede, quæ antea 70. annis presentiā Pastoris caruit; mortuus denique Rōmæ 1378. postea Rōmæ electus Urbanus VI. & simul Neapoli Clemens VII. unde in Ecclesia ortum est Schisma terribile.

1380. Generalis 24. F. Ludovicus Donatus Venetus Patricius Ss. Theologiæ Doctor in Collegio Bononiensi, deinde Procurator Ordinis in Capitulo 55. quod Strigonii in Hungaria ad instantiam Ludovici I. Regis Hungariæ Consanguinei S. Ludovici Episcopi celebratum fuit, sub Praesidio Ludovici veneti Vicarii Apostolici electus in Ministrum Generalem, rexit duobus annis. 1381. Cardinalis creatus ab Urbano VI.

1383. Generalis 25. F. Petrus de Conzano Ss. Theol. Doctor electus Ferrarie in Capitulo Generali 56. Sub Praesidio Ministri Generalis Ludovici Donati, Vicarii Apostolici, Cardinalis. Iste Minister Generalis multa Cœnobiola concessit FF. Observantibus. Post duorum annorum regimen obiit in Monasterio Pistoriensi.

1385. Generalis 26. F. Martinus Sant. Georgianus Paduæ in Capitulo Generali 57. Sub Praesidio Cardinalis Ludovici Donati Vicarii Apostolici electus, novellæ Observantinorum familiæ fautor, unicō anno præfuit Ordini Minorum, obiit in Cœnobio novi Castrī.

1387. Generalis 27. F. Henricus Alferius, Astensis, in Capitulo Florentiae Generali 58. Praeses erat dictus F. Henricus, Vicarius Apostolicus, & ipsem Præses electus in Ministrum Generalem. Benefactor hic eximus Paulutianæ Familiae, eidem 15. locis pro reformatione assignatis. Celebrari fecit Capitula Mantuæ, Coloniæ, Arimini, ubi Conclusum fuit, Fratres Paulutianos omnino teneri ad obedientiam, & subjectionem. In Capitulo Assisiensi Generali 62. approbatiss fuit Liber Conformatum S. P. cum Christo à B. F. Bartholomæo Pisano conscriptus. Ab eodem Ministro Generali anno 1402. S. Bernardinus ad S. Ordinem admissus est. Ministerium annis ferè 18. obivit. 1405: obiit nonagenarius Ravennæ, apud Conventuales sepultus.

Sæc. 3. S. Ord. 1405. Generalis 28. F. Antonius Angeli de Pyreto omni scientiarum Genere Clarissimus Doctor fuit electus in Capitulo Generali 64. Monachii ab Italîs, Germaniis, & Hungariis (Schismate uti Ecclesiæ ita in Ordine) Gallis, Hispanis, & Anglis Guilielmum Janettinum eligentibus. Annō sequenti Coletanorum reformatio cœpit, operâ nempe B. Coletæ, quæ anno 1380. nata in Picadia; Soror dein 3tii Ordinis ad Ordinem S. Claretæ fuit recepta, ejusdemque instituta Reformatrix, prout & Fratrum; dictorum inde Coletanorum; sed sub obedientia Ministri Generalis Conventualium.

1408. Generalis 29. F. Guilielmus Janettinus Etruscus, mortuō post biennium Antonio de Pyreto Lusannæ in Capitulo Generali 67. reelectus, & mandante Gregorio XII. officium reassumptum ad annum 1420. perduxit.

1409. Alexander V. 2dus ex Ordine Minoritico ad Papatum assumptus; antea dictus F. Petrus Philargus Cretensis de Candia, sub ipso Ecclesiæ Schismate Benedicti XIII. & Gregorii XII. tribus infulis, ac Purpura ornatus, exin triplici Coronâ mitratus, Petri sedem summam nonnisi 8. Menses tenuit. Annō 1410. 7. May Bononiæ in Corona Fratrum Cardinalium sub illis Christi verbis pacem meam relinquo vobis; mortuus, & in Ecclesia Ff. Conventualium fuit sepultus.

1415. Concilio Constantiensi jam cœpto, in præsentia Generalis facta est Ordinis 1ma Divisio. Fratres de Familia, modò de Observantia nominati, à Conventualibus sunt dispartati; & tres Provinciæ Gallicanæ scilicet Franciæ, Burgundiæ, ac Turoniæ omhinò avulsæ, quibus dati sunt Vicarii Provinciales: aliis Custodes. Observantibus Fratribus in Italia cessit Portiuncula, simulque Mons Alvernæ;

1421. *Generalis* 30. F. Angelus Salvetti Senensis Ss. Theologiæ Doctor, & Magister Sacri Collegii Bononiensis Vir eloquentissimus, electus in Capitulo Generali 68. Mantua. Ab eo S. Bernardinus Senensis in Provincia Etruria super observantinos institutus est Vicarius Generalis, qui & prima inter eos studia instituit, formam & ordinem dedit.

1424. *Generalis* 31. F. Antonius de Massa Forolivii in Generali 69 Capitulo electus. Ss. Theologiæ Doctor, Concionator Eximius, Græcis, & Latinis literis admodum eruditus, à Martino V. Summo Pontifice multa pro statu Religionis prospere obtinuit. Sed Fratribus etiam de Familia à Conventibus, & cura Ministrorum recedere, atque seorsim arctiore vitam ducere licuit. Ipse Generalis factus in Patria sua Episcopus Massenus, à Gregorio XI. missus fuit Viennam Nuncius Apostolicus.

1443. *Generalis* 32. F. Guilielmus à Casalis electus Assisi, interfuit Concilio omnium Gentium celeberrimo Florentiæ, ubi Disputantibus Græcis & Latinis, & ipse maximam doctrinæ suæ laudem reportavit, & fides Christiana communī auctoritate firmata est: missus etiam ad diversos Principes, ut suō Consiliō, & prudentiā eos ad unionem, & Concordiam Sedis Apostolicæ deduceret. Multis tandem laboribus fessus, & ætate gravis Florentiæ 1442. sancte obiit.

1443. *Generalis* 33. F. Antonius ex nobilissima Rusconiorum familia de Novo-Como electus Padua in Generalissimo Capitulo 76. Convenientibus ultra 2000. Fratrum tum ex Conventualibus tum Observantibus, oberto gravi dissidio inter partes, præfatus Conventualis electus est, etiam operā, consiliō, & suffragiō S. Bernardini Senensis, qui huic juxta S. Regulam canonice electo Ministro fideliter adhæsit; & obedivit, relictō Æmulo F. Alberto à Sarciano, suo quondam Discipulo, qui cùm à Conventualibus transisset ad Observantinos. Hi modò pro illo stabant accerrimè: ab Eugenio IV. eorum institutus est Vicarius Generalis I. 1427.

1431. Concilium Basileense cœpit. Ea occasione Schismatis & perturbationis fecere suos progressus Patres de Observantia, qui à Concilio illo perturbatâ Bullâ, transeunte ad eos Guardiano Conventuali P. Leonardo Meyer, usurpatè Conventum ibi ab anno 1443. usque ad defectionem urbis à Religione occupaverunt.

1446. Eugenii IV. mandato Generalis Rusconi cedere & tradere debuit Observantibus Romæ Monasterium, Ara cœli dictum, donatum Conventualibus ab Innocentio IV. anno 1248. Et auctoritate Pontificis præfati observantium cœtus à Conventualium ordine primævo separatus, & independens factus est, hōc unicō adhuc exceptō, quod illorum Vicarii à Ministris Conventualium Generalibus, ac Provincialibus debuerint confirmari.

1447. Die 6. May Romæ à 17. Cardinalibus in sumnum Pontificem electus est F. Thomas Lucanas Ord. Min. Conv. Filius Bartholomæi cuiusdam chirurgi. Die 19. Martii fuit consecratus. Seditque 8. annis 19. diebus. Assumpto nomine Nicolai V. obiit Romæ 1455. die 24. Martii sepultus ad S. Petrum.

1450. *Generalis* 34. F. Angelus Serpeti, Perusinus, antea Vicarius Generalis Ss. Theologiæ Doctor electus in Capitulo Generali 78. sub Præsidio summi Pontificis Nicolai V. Qui per Bullam, quæ incipit: Etsi cunctorum Fidelium &c. Fratres Minores ab Ipfis locorum Ordinariis passim ubique molestatos & gravatos erexit. Anno etiam hoc Jubilæi B. Bernardinum Senensem post ejus obitum anno 6to Sanctorum Catalogo annumeravit, & solennissime canonizavit.

1454. *Generalis* 35. F. Jacobus Buffolino Vicarius Generalis, & Apostolicus, Præses Capituli Generalis 79. Bononiae celebrati, ubi electus ipsem, qui præsidebat. Obtinuit Bullam à Calixto III. Pontifice, & renovari fecit Nicolai V. ne observantes auferrent nostra Monasteria. Ut Minister Generalis Conventualis unum ex tribus à Fratribus de Familia Observ. sibi proponendis, in Vicarium eorum Generalem pro suo libitu eligeret.

1458. *Generalis* 36. F. Jacobus Sarzuela Hispanus Ss. Theologiæ Doctor Minister Provinciæ Aragoniæ, electus Romæ in Capitulo Generali 81. obtinuit à Pio II. Pontifice Basilicam 12. Apostolorum Romæ. Neutralistæ surrexerunt in Ordine, nec Ministro Conventualium, nec Vicario Observantium parere volentes. 1463. B. Catharina Bononiæ obiit.

1464. *Generalis* 37. F. Franciscus de Ruvére, Savonensis Ligur, Perusi 20. May electus omnium gratulatione, cui ingens processio 400. Fratrum cum B. Jacobo de Marchia à loco S. Mariæ Angelorum usque Perusium obviam venit: Cardinalis postea creatus, & anno 1471. Romæ à 17. Cardinalibus Pontifex electus, nominatus Sextus IV. fedit annis 13. diebus 5. anno 1484. die 12. Aug. Septuagenarius Romæ obiit.

1469. *Generalis* 38. F. Joannes Zanettus Utinensis Ss. Theol. Doctor. Minister Provinciæ S. Antonii, Procurator Ordinis Vicarius Apostolicus, electus in Ministrum Generalem

Generalem Venetiis in Capitulo Generali 87. Missus Legatus à Sixto IV. Pontifice ad Ferdinandum Regem, bina etiam legatione ad Senatum Venetum probè functus fuit. Rexit 6. annis, factus Archiepiscopus Thebanensis, Episcopus Tarvisinensis &c. Obiit Tarvisii 1483. Sub Eo Amadæorum Congregatio, quæ anno 1460. Mediolani nata est, anno 1472. Romam propagata fuit per B. Amadæum F. Laicum Conventualem, postea Romæ consecratum Sacerdotem.

1474. Nova succrevit in Ordine Congregatio Acclarenorum, distincta quidem ab ea, de qua sub anno 1294. memoratum, & suum anno 1302. habuit ortum. Hæc vero sub Habitū Seraphico à Sixto IV. Conventualibus, prout & Amadæorum subiecta, & post utraque cum aliis à Leone X. unita est corpori Observantium.

1475. Generalis 39. F. Franciscus Nanis cognominatus Samson Brixiensis Ss. Theologiæ Doctor, & Magister Collegii Bononiensis, Minister Terræ Sanctæ electus in Ministrum Generalem Urbini in Capitulo Generali 87. Sub ejus regimine anno 1482. S. Bonaventura post annos 208. ab obitu à Sixto IV. Pontifice Canonizatus fuit solennissime: id actum Dominica in Albis; Pentecoste sequenti Capitulum Generale celebratum Brixia. Ubi P. Conradus de Pondorff pro tempore Lector Argentinensis pro Laurea Doctoratū plausibiliter disputavit, mox in Universitate Paduana promotus.

1489. Recollectorum cœpit Congregatio, quæ fuit observantismi reformatio, per F. Joannem à Popula, in Hispania. 1531. à Clemente VIII. confirmati, per Galliam propagati.

Patres vero de observantia multorum Principum favorem, & recommendatitias pro Generali ad suum nutum obtinendo impetrarunt. Sed Summo Pontifice cum universo Cardinalium Collegio favente Ordini nostro Observantes à desiderio suo sunt alienati. Hoc Tempore Bonifacius de Ceva, Minister Franciæ maximoperè studuit 3. illas Franciæ, Turoniæ, Burgundiæ Provincias ad obedientiam nostri Generalis reducere, in quem finem efficacissimas rationes coram Ludovico XII. Galliæ Rege adduxit.

Sac. 4. S. Ord. 1500. Gen. 40. F. Ægidius Delphinus Amerinus Ss. Theologiæ Doctor. Procurator Ordinis, & Minister Orientis electus Interamne in Capitulo Generali 95. Amicus Patrum de Observantia, apud quos in Conventu S. Mariæ novæ obiit. Discalceatorum prodiit Reformatio e Recollectis, per F. Joannem de Quadalupe Joanis à Popula Discipulum, diffusa per Hispanias.

1506 Generalis 41. F. Raynaldus Gratianus de Calignola Ss. Theologiæ Doctor in Capitulo Romæ celebrato sub praesidio Eminentissimi Domini Dominici Grimani Veneti Cardinalis S. Marci Patriarchæ Aquileensis Protectoris totius Ordinis electus. Ipse autem Minister Generalis statim visitavit Provincias Franciæ, ubi plures Conventus recuperavit, & ad obedientiam, & frugalitatem reduxit, visitavit quoque utramque Hispaniam, rexit Ordinem tantummodo 4. annis; nam ob egregia ejus pro Religione exhibita opera Pontifex Julius II. eum creavit Archiepiscopum Ragusinum.

1510. Generalis 42. F. Philippus Bagnacaballensis Ss. Theologiæ Doctor functus ante omnibus dignitatibus, & binâ vice Provincialatu Bononiensi, ad ardua negotia pro fide orthodoxa subeunda sibi à Julio II. Summo Pontifice assumptus, & in Capitulo Generali 98. sub praesidio predicti E. D. Cardinalis in Generalem electus, 2do sui ministerii anno mortuus, ob cuius obitum doluit Religio non tantum Seraphica, sed & Romano Catholica.

1515. Generalis 43. F. Bernardinus à Cherio Pedemontanus in Capitulo Generali 99. Assisi celebrato electus, Vir doctrinâ & morum honestate præclarissimus, Magister sacri Collegii Bononiensis, Pœnitentiarius in Ecclesia S. Petri Romæ Generalis ultimus ante plenam Ordinis Divisionem, expletis optimi Pastoris partibus, celebrat 1516. Capitulô Generali centesimô Cherii ibidem 1517. obiit. Eodem anno sub Leone X. Patres de Observantia in Conventu Aræ Cœli, Electoribus recens creatis primum Generalem suum elegerunt F. Christophorus Numajum de Forlivio, sub cuius Regimen sublatis nominibus, Clareni, Coletani, Amadæi, Recollecti, Discalceati, reducti sunt. Conventuales nolentes transire ad statum Observantinorum, mox approbante Summo Pontifice Capitulum ex more instituerunt celebratum in Conventu suo ad 12. Apostolorum, ubi legitima & canonica electione, linea, & justâ successione.

1517. Generalis 44. electus est F. Antonius Marcellus Cherinus Dalmata, statimque ab ipsomet Summo Pontifice confirmatus, rexit Ordinem vix uno anno, & factus est Episcopus Patrensis in Græcia.

1518. Generalis 45. F. Antonius Sascolinus Florentinus electus Bononiæ in Capitulo Generali 102. & ipse pariter ab eodem Pontifice immediate confirmatus, creatus à Clemente VII. anno 1525. Episcopus in Calabria.

1524. Generalis 46. F. Joannes Vigerius Januensis in Capitulo Spoleti habito ipse met Præsidens electus in Ministrum Generalem. Ss. Theologiæ Doctor, Vicarius Generalis Script. Monast. Tom. VI.

A a a

ralis

ralis, & Apostolicus, Vir probus, & maximæ estimationis, Legatus ad Imperatorem pro componenda pace. Rexit annis 5. postea factus Episcopus in Asia.

1525. F. Mathæus Bascius, Picænus Observantiae professus, anno ætatis 30. reformatione sua Capucinismo fecit initium; ut proin Capucinorum familia sit filialis Observantium, sicut horum filialis est Conventualium. Illa tamen Observantium Gubernio nunquam, sed aliquamdiu Ministro Generali Conventualium subdita, & sub eorum auspiciis tutata degebatur. Ubi etiam liquet ex Bulla Clementis VII. à quo confirmati anno 1528. accepere facultatem eremito more barbam deferendi, & Caputio pyramidali sepe distingueri.

1534. Generalis 47. F. Jacobus Antonius Anconitanus Præses Capituli Generalis 105. Mediolani anteà Procurator Ordinis, postea, & ipsem Generalis, factus à Paulo III. Episcopus Martiranus, cum eandem Ecclesiam 22. annis sedulo gubernasset, cultu, & opibus auxisset. Sub Completorio recitato perveniens ad verba: in manus tuas &c. Deo commendavit Spiritum suum, sepultus ibidem in Ecclesia Cathedrali. 1563.

1536. Capucini sub Paulo III. Pontif. facultatem obtinuerunt eligendi sibi Vicarium Generale; eum tamen Generali Conventualium pro confirmatione præsentandum, quod & factum usque ad annum 1619. quod proprium nacti sunt Generalem ab aliis independentem.

1537. Generalis 48. F. Bernardinus Laurentius Spada Bononiensis Ss. Theologiæ Doctor ejusdem sacri Collegii Vir & litteris, & moribus ornatissimus, electus Romæ in Capitulo Generali 106. factus Episcopus Calvensis obiit Neapoli ad S. Claram sepultus.

1543. Generalis 49. F. Bonaventura Pius, Umber Ss. Theol. Doctor, Vir tunc temporis in eloquentia non habens aequalē, in rebus gerendis facili, prudenti, & intrepidō pollebat ingenio: In Capitulo Generali 110. Anconæ præsidebat, & eligebatur in Generale. Rexit annis 6. & factus est Episcopus Aquensis. Obiit Eugubii 1561.

1545. Tridentinum Concilium à Paulo III. Pontifice indictum, solemniter celebrari cœpit. 1563. 4. Dec. sub Pio IV. finitum. Sessione 25. Sac. Synodus definiit, & Religiosis mendicantibus, qui ante hac omnes ex Regula & Constitutionibus suis redditum incapaces erant, Bona immobilia possidere concessit, exceptis (ut verba sonant) S. Francisci Fratribus Capucinis, & Minoribus de Observantia. Interfuerunt dicto Concilio Octavianus Praecennius Messanensis Archiepiscopus Julius Magnanus Placentinus Episcopus Calven. Ord. M. Con. nec non Antonius de Sapientibus Generalis cum 16. Theologis. Et F. Michael de Medina Theologus Philippi Regis Hispan. Catholici.

1549. Generalis 50. F. Jacobus Passeri de Monte Falco Ss. Theol. Doctor Vir sanè probatae vitæ. Assisi in Capitulo Generali 110. electus. Obiit post biennium Urbini 1551.

1553. Generalis 51. F. Julius Magnus Ss. Theologiæ Doctor, Vir mitis, in Generali Capitulo 111. cui præsidebat, electus, post 7. annorum regimen factus Episcopus Calvensis. Obiit Theani in Campania.

1559. Generalis 52. F. Joannes Antonius Cerviensis electus Assisi in Capitulo Generali 113. Post regimen 4. mensium obiit Romæ. Vicarius Apostolicus in ejus locum fuit substitutus F. Antonius à Sapientibus.

1562. Generalis 53. F. Antonius à Sapientibus de Augusta præatoria Sabaudus Ss. Theol. Doctor, Vir facili ingenio, & animo eleganti, studiis apprimè addictus, electus Mediolani in Capitulo Generali 114. Plurima bona Ordini præstítit, visitatus Hispaniam obiit, cui successit Vicarius Apostolicus F. Felix Perettus Procurator Ordinis summa pietate, & gravitate ultra biennium Ordinem rexit. Hic in Piceno natus, domo (ut dicere solebant) illustri. Puer duodennis Asculi à Conventualibus suscepit, Ordinem suis dotibüs, scientiis, & virtutibus illustravit. Anno 1570. à Pio V. Episcopus Agathensis, tum Cardinalis factus; denique post obitum Gregorii XIII. Anno 1585. Pontifex maximus, quadraginta duorum Patrum suffragiis electus, nomine Sixtus V. Felix antè in sæculo & ordine Minoritico, felix & regimine Pontificio, quod tamen non nisi annos 5. menes 4. dies 8. functus anno 1590. Romæ de qua meritus optimè, defunctus.

In cuius Gentilitium simul & Pontificale Scutum positum fuit hoc doctum Epigramma.

Sunt alti montes, altus Leo, Sydus & altum;  
Corde tamen Sixti Mons, Leo, stella minor.

1568. Generalis 54. F. Joannes Taneredi de colle, Etruscus Ss. Theologiæ Doctor Römæ in Capitulo Generali 116. electus, nonnisi 4. Mensibus præfuit, merore Confectus obiit Romæ in S. Patris Vigilia. Voluit eo tempore Pius V. Conventualium, & Observantium instituta unire, sed prudentissimorum, & Doctissimorum Virorum Conclavis à proposito destitit. Conventuales Hispania sunt exterminati. Gregorius XIII. in Bulla,

Bulla, quæ incipit. Sane dudum anno 1581. edita testatur in Hispaniis tempore S. Pii V. falsis suggestionibus paulò durius cum Fratribus Conventualibus actum fuisse.

1571. Generalis 55. F. Joannes Picus de Serra Petrona Picenus Pio V. maximè Charus, electus Camerini in Capitulo Generali 117. post 5. annorum regimen, & mensium 6. obiit Serræ.

1574. Generalis 56. F. Petrus Antonius Camillus de Nuceria Ss. Theologiæ Doctor Vicarius Apostolicus electus Assisi in Capitulo Generali 119.

1581. Generalis 57. F. Antonius Fera è Plano Etruscus Ss. Theologiæ Doctor, Visitator Apostolicus, postea Vicarius Generalis, electus Pensii in Capitulo Generali 120. regimine austerus, factus à Gregorio XIII. Episcopus Maricanus in Lucania.

1584. Generalis 58. F. Clemens Bontadosius de Monte Falco Ss. Theol. Doctor, Minister Provinciæ S. Francisci & Præses Capituli Generalis 121. Bononiæ, & electus in Ministrum Generalem factus postea à Sixtô V. Episcopus Neocastrensis.

1587. Generalis 59. F. Joan. Evangelista Forcianus in urbe Ascoli celebratum fuit Capitulum Generale 122. ubi in Ministrum Generalem ipsem, qui præsidebat, electus fuit.

1590. Generalis 60. F. Julianus à Magliano Ss. Theologiæ Doctor Romæ in Capitulo Generali 123. cui præfuit Sixtus V. Summus Pontifex, ad quod convenerunt 2700. Fratres, in Ministrum Generalem electus.

1596. Generalis 61. F. Franciscus Guaeda Umber, electus Romæ in Capitulo Generali 125. qui saeculum Ordinis 4tum suo Regimine clausit.

Sæc. 5. Ord. 1600. Generalis 62. F. Philippus Jesualdi Calaber, electus Romæ in Capitulo Generali 126. obiit Cariati Episcopus, cum magna sanctitatis ac miraculorum fama.

1602. Generalis 63. F. Josephus Piscilius Melphitenis electus Romæ in Capitulo Generali 127. Factus Episcopus.

1604. Generalis 64. F. Guilielmus Ugonius Avenion. Gallus Ss. Theologiæ Doctor. Romæ in Capitulo Generali 129. electus. Factus Episcopus.

1610. Generalis 65. F. Jacobus Montanarius Tiberiacensis, Præses Capituli Generalis 131. Romæ, & ipsem, qui præfuit, electus in Ministrum Generalem. Venetiis anno 1631. obiit famâ sanctitatis. Eadem convixit V. P. Bartholomæus Agricola, Germanus, Ambergensis Neapoli 1621. 21. May mortuus, beatificandus.

1619. Paulus V. Pont. Diplomate 28. Jan. dato Capucinorum Vicarium Generalem sublimavit ad statum Generalatū. Tripartitus amodo Seraphicus Ordo.

Qui fuit in primis Ordo sub Origine simplex,  
Profectu duplex, miro variamine fratrum,  
In classes modo tres divisus, enī Ordo Minorum.

1623. Generalis 66. F. Michael Maserotti Bononiensis in Capitulo Generali 133. ad vota Gregorii XV. electus, à quo deinde creatus Episcopus.

1625. Generalis 67. F. Felix Franceschinus Cassianus Umber Romæ in Capitulo Generali 134. electus, rexit annis 9. cessit Officio, & factus Episcopus.

1635. Generalis 68. Joannes Baptista Baradicellus de Larino electus Romæ in Capitulo Generali 137. in Capitulo Generali 139. iterum ad sexennium in Officio confirmatus.

1647. Generalis 69. F. Michael Anglus Catalaunus Ss. Theologiæ Doctor Romæ in Capitulo Generali 141. electus, factusque Episcopus.

1653. Generalis 70. F. Felix Gabrielli Picenus Romæ in Capitulo Generali 143. electus, factusque Episcopus Nuceriæ.

1659. Generalis 71. F. Jacobus Frabretti è Ravenna Romæ in Capitulo Generali 144. electus. Eo suadente tot, tantaque scripserunt Patres, & Doctor Bartholomæus Mastrius, Bonaventura Bellutus, Alexander Rubeus.

1665. Generalis 72. F. Andreas Binus de Hyspello, Umber electus Romæ in Capitulo Generali 145. Legatus ad Regem Galliæ.

1671. Generalis 73. F. Martialis Bellegrini, Calaber Romæ in Capitulo Generali 146. electus, post præclara Romæ merita, varia post munera, post Sexennalem Generalatum factus est Archi-Episcopus Nazareth.

1677. Generalis 74. F. Josephus Amati de Masaphra Ss. Theologiæ Doctor electus Romæ in Capitulo Generali 147. Hoc tempore floruit F. Laurentius Brancati de Laurea, qui 1681. ab Innoc. XI. Cardinalis Presbyter factus est.

1683. Generalis 75. Antonius Aversanus, antea Provincialis Neapoli, Socius Ordinis Ss. Theologiæ Doctor, Romæ in Capitulo Generali 148. electus.

1689. Generalis 76. F. Josephus Maria Bottari Venetus Ss. Theologiæ Doctor. Imp. Leopoldi 1. Consiliarius, Concionator facundus, & per totam Italiam celeberrimus,

Romæ in Capitulo Generali 149. electus in Ministrum Generalem; zelosè plurimas etiam extra Italiam visitavit Provincias. 1692. Capitulo nostro Lucernensi præsedit, factus deinde Episcopus Palanus.

1695. *Generalis* 77. F. Felix Rotandi à Monte Leone de Assisio ex Provincia S. Francisci, Ss. Theologiæ Doctor, & in Universitate Patavina Theologus & Professor publicus in Capitulo Generali 150. Romæ habitu in Ministrum Generalem electus est. Obiit Patavii 1702.

1701. *Generalis* 78. F. Vincentius Coronelli Venetus Ss. Theol. Doctor, Cosmographus excellentissimus, cuius plurimi libri, & globi admirabiles Virum Summis Pontificibus, Principibus, Imperatori, Regi Galliæ, ac Serenissimæ Reipublicæ Venetæ acceptissimum effecerunt.

Sæculum 6. Ord. 1707. *Generalis* 79. F. Bernardinus Angelus Carucci, è Castro S. Angeli Angelicæ innocentia clarus, sub eo Clemens XI. concessit persequi causam Beatificationis V. D. S. Patris Josephi à Cupertino.

1713. *Generalis* 80. F. Dominicus Andreas Burghesius de Bisauro, à Papa Clemente designatus.

1719. *Generalis* 81. F. Carolus Jacobus Romilli de Bergano, sanctitatis opinione mortuus 1737. Sub eo edita sunt decreta tum pro regula Observantia, tum Litterarum doctrina utilissima.

1725. *Generalis* 82. F. Josephus Maria Baedrati, Ravennas, Benedicto XIII. præsente electus.

1731. *Generalis* 83. F. Vincentius de Comitibus, Bergomensis, Sexenniō completō alterum à Clemente XII. subire Deputatus, deprecatus, ab onere fuit liberatus.

1741. *Generalis* 84. F. Joannes Baptista Minucci, de Spolleti, post intermedium regimen P. Felicis Angeli Sidori Vicarii Generalis Apostolici, electus est sub Præsidio Sanctissimi Domini Benedicti XIV, qui eum creavit Episcopum.

1747. *Generalis* 85. F. Carolus Antonius Calvi de Bononia, antè Assistentis Ordinis, electus Præside Serenissimo Domino Bened. XIV. Beatificationem B. Josephi de Cupertino promovit, & consecutus est Impetravit etiam pro singulis Ord. nostri Ecclesias Privilegium Altaris quotidianum, perpetuum, liberum.

1753. Gen. 86. F. Joannes Baptista Constantius Pedemontanus, de Assisio, actualis Custos Sacri Conventū, Exprovincialis, cuius electioni præfuit S. D. Papa Benedictus XIV.

## DECORAMINA QUÆDAM ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM.

**S.** Franciscus præter admiranda triginta mortuos resuscitavit: Sed mirandum etiam vel maximè, quod Fratres minores, sic dicitos à S. Patre tanquam mortuos coram mundo, Deus ita permiserit sublimari in terris. Post mortem S. Patris prodire Eximi Doctores, aperiuntur scholæ, florent studia, maximè salutaria, Theologica, scripturistica Officiis prædicationis, & confessionis necessaria. Primi Sæc. Doctores excelluere S. Antonius Paduanus Arca Testamenti à Papa Gregorio IX. appellatus, ob sublimem rerum divinarum scientiam. Alexander de Ales irrefragibilis, & Doctor Doctorum ab Universitate Pariensi vocatus. S. Bonaventura Doctor Seraphicus, qui asseveravit, Fratribus hoc ex intentione S. P. F. incumbere, ut studeant. Præter hos primarios alii hujus sæculi Doctores Theologi sexaginta, & ultra numerantur. 2di Sæculi Doctores eminuere Joannes Duns Scotus, Doctor Subtilis; Petrus Aureolus Doctor fuscus: Franciscus Mayronius Doctor illuminatus: Nicolaus Lyranus: Alvarus Pelagius: aliique supra 130. Doctores, & Scriptores celeberrimi.

Erant iis temporibus Minores, hæresum Domitores, verbô, calamô, S. Inquisitionis officiô, Idololatriæ, Judaismi, hæresum expugnatores, fuso etiam sanguine in terris Barbarorum, Gentium Conversores in Africa, Lybia, Ægypto. Subjecti per eos S. Evangelio Armeni, Rascii, Russæ, Bosniaci, Corsicani, Wallachi, Medi, Persæ, Bulgari, Lithuani, Tartari, & plurimæ aliæ nationes, in Bulla Urbani V. recensitæ. Implementum est ex magna parte, quod B. Franciscus dixit, quod Deus Fratres elegerit, & misserit propter fructum, & salutem animarum omnium hominum hujus mundi. Nihilominus adhuc Ff. Min. Conv. suas Sacras Missiones cum ingenti animarum lucro, & infidelium Conversione exercent in omnibus Mundi Partibus, in plurimis Regnis & Provinciis.

Franciscani tunc apud Sæculum, non hominibus tantum plebeis, verùm & Magnatibus in summa erant existimatione: Ordo Minoriticus præ aliis adamatus, atque beneficiis cumulatus, Regibus, & Principibus commendatus. In aulis Confiliarii, Confessarii

fessarii fuere Franciscani. Eorum Ordini volueré incorporari Reges, Regum Filii, Principes, Ducesque potentes, humilitate Franciscana gloriantes. Et apud Ecclesiastis Summis Pontificiebus, ac Prælatis Franciscani fuere acceptissimi, ad insigniores Dignitates elevati; ad Imperatores Orientis & Occidentis, ad Reges, & Republicas Europæ, à sacra sede Legati; Romæ Penitentiarii, sacri Palatii Apostolici Affectores, & variarum Provinciarum Inquisidores. Innocentius IV. Constit. 16. Quia tunc &c. instituit Fratres Minores Conventuales S. Francisci Inquisidores in Urbe, in Patrimonio B. Petri, & aliis terris Ecclesiae, Regno Apuliæ, Lambardia, Romaniola, Marchia Tarvisina, Slavonia, ac in Thuscia. Ut Inquisidores Fidei. FF. Min. Con. Florentiæ, Sienæ, Pisæ, & septem in statu Veneto disponunt, ac unus jugiter Romæ residet in Congregatione Universalis Inquisitionis. Ipsorum Generalis Procurator suum possidet stallum in Pontificia Capella.

Romani Pontifices in Universitatibus Bononiæ, Paduæ, Paphiæ, Romæ, Perusii, Maceratae, Taurini, Ferariæ, Urbini, Assisi, Neapolis, Melitæ, & Pragæ illos constituerunt publicos D. Bonaventuræ & subtilis Scoti Professores. Inferiorum Scholas passim moderantur in magna frequentia.

S. Cardinalium Congregatio anno 1610. decrevit, ac præcepit Librorum Censoribus, ut quidquid Scoti esse constaret, intactum, & inviolatum admitteretur; hinc doctrina Scoti floret in celebrioribus Orbis Universitatibus Bononiensi, Patavina, Roma, Perusina, Papiensi, Pisana, Taurinensi, Ferrarensi; & extra Italiam in Complutensi, Salmanticensi, Conimbricensi, Viennensi, Parisiensi, quæ auctore Scoto Festum Immaculatæ Conceptionis Decretò sancivit.

Ex Ord. FF. Min. ad Papatum assumpti sunt Nicolaus IV. creatus 1288. Alexander V. 1409. Nicolaus V. 1447. Sixtus IV. creatus 1471. & Sixtus V. 1585. Omnes Minoritæ Conventuales. Ex Ordine FF. Min. Conv. sunt creati Cardinales 50. Præcipue Laurentius Brancatus de Laurea, Libris editis, & virtutibus &c. clarissimus ab Innocentio XI. laureatus fuit. Cardinales Protectores 35. Electores Moguntini duo. Patriarchæ ultra 30. Archiepiscopi 146. Episcopi 1330. Ita Arbor Seraphica P. M. Coronelli Min. Conv. Generalis.

Quid porro de Vastitate Ordinis dicam? Provinciæ duobus primis fœculis, ut si leam Conventuum, & Personarum numerum, numerabantur 34. & Vicariæ 7. in 225. Custodias partitæ: moderni temporis Provinciarum specificatio est ista: 1. Provincia S. Francisci 2. Romæ. 3. Bononiæ. 4. Neapolis. 5. Siciliæ. 6. S. Bernardini 7. Calabriæ. 8. S. Angeli. 9. Sardiniae. 10. Dalmatiæ. 11. S. Bonaventuræ. 12. S. Ludovici. 13. Occitanie. 14. Poloniæ. 15. Russiæ, & Lithuaniae. 16. Styriæ, & Carinthiæ. 17. Coloniæ. 18. Argentinæ. 19. Marchiæ. 20. S. Nicolai. 21. Mediolani. 22. Tuscæ. 23. Januæ. 24. Leodii. 25. Romaniae. 26. Austriae. 27. Bohemiæ. 28. Orientis. 29. Transilvaniæ. 30. Terræ Sanctæ. 31. Angliae. 32. Hiberniæ. 33. Saxonie. 34. Daniæ. 35. Hungariæ. In ipsis vero Provinciis, uti Gallia, Italia, Germania, Polonia, Russia, & Hungaria FF. Conventuales antiquissima Ordinis Monasteria adhuc incolunt.

Et quod primarium est, FF. Min Conventuales de Primis Ordinis Sanctis, ac plurimis Beatis gloriari valent: Quales sunt. 1. B Berardus, Petrus, Accursius Adjutus, Otho Martyres Marochii 1220. 2. S. Daniel, Angelus, Samuel, Donulus, Leo, Hugolinus, Nicolaus, septem Martyres 1227. 3. S. Antonius de Padua obiit 1231. ætat. 36. apud FF. Min. Conv. sepultus. 4. S. Bonaventura Ep. & Card. Minister Generalis obiit Lugduni 1274. ætat. 53. 5. S. Benevenutus Ep. Auximenis 1276. 6. S. Ludovicus Regius Hæres Siciliæ Ep. Tolosanus 1289. 7. S. Bernardinus Senensis 1444. B. Andreas Caccioli ab Hypello 1262. B. Andreas de Comitibus 1302. B. Josephus de Cupertino 1663. Sanctitate, miraculis, & virtute emicuerunt ab origine Ordinis S. Francisci usque ad 1350. circiter 273. FF. Minores, ex quibus Bertholdus obiit Ratisbonæ 1272. Joannes Duns Scotus Doctor Subtilis obiit Coloniæ 1308. in Ecclesia FF. Min. Conv. sepultus. Assisi in Ecclesia FF. Min. Conv. quiescunt 28. videlicet B. Antonius de Stronconio, Aegydius, Bernardus de Quinta Valle, Quido, Electus, Leo, Massæus, Ruffinus, Sylvester &c. præter S. P. Franciscum. Insuper Beati dicuntur esse ex Ord. FF. Min. Conv. F. Elias de Bundeille Cardinalis qui obiit 1484. F. Jacobus Anconitanus Ep. 1559. F. Jacobus Politius Theologus in Trid. Concil. 1560. F. Augustinus de Miglionico 1580. Joan. Bap. de Pisauro 1580. F. Hieronymus Pallanterius 1619. F. Philippus Geswaldus Ep. 1616. F. Jacobus Montararius 1620. F. Alexander Mutius 1670. F. Franciscus Gessius 1673. F. Ludovicus Gulinetus 1681. & plures alii. Quin ex triplici S. Ordine Seraphico recenset P. Kazenberger 35. Sanctos. 57. Beatos ultra 1500. Martyres. 6000, qui ut Beati habentur, quales sola Provincia Argentinenses præter S. Elisabetham Reginam Hungariæ in suis retentis 49. & amissis Monasteriis 70. in fama beatitudinis defunctos numerat.

SYNOPSIS CHRONICÆ  
CAPITULA GENERALIA SUB PRÆSIDIO SUMMORUM  
PONTIFICUM.

**G**regorius IX. Primus Ordinis Protector. Quatuor Ministrorum Generalium Electiōnibus præfuit anno 1227. Fratris Eliæ Cortonensis. 1230. B. F. Joannis Parenti. 1239. B. F. Alberti de Pisis. Eodem anno F. Hagmonis Angli. Innocentius IV. bis præfnit electionibus Generalium anno 1244. F. Crescentii ab Asio 1247. B. F. Joannis Parmensis. Alexander IV. Ord. Protector præfuit electioni S. Bonav. Generali 1256. Nicolaus IV. ex Ord. Min. præfuit electioni F. Raymundi Gaufredi 1289. Bonifacius VIII. præfuit electioni F. Joannis à Muro Piceni. 1296. Martinus V. præfuit electioni F. Angeli Antonii Vendetti 1418. Nicolaus V. præfuit electioni F. Angeli Serpeti. 1450. Sixtus IV. ex Ordine Min. præfuit Electioni F. Francisci Nani. 1475. Benedictus XIII. ex Ord. Prædic. præfuit Electioni F. Josephi Mariæ Baldrati de Rāvena 1725. Benedictus XIV. præfuit Primo Electioni F. Joan. Bapt. Minucci anno 1741. Secundo F. Caroli Antonii Calvi anno 1747. Tertio F. Joan. Bapt. Constantii Pedemontani anno 1753.

§. II.

*Ministri Teutoniæ, & Provinciales Argentinensis Provinciæ.*

Præviè notandum, quod S. P. N. Franciscus, initio sui Ordinis jam jam respexerit Germaniam, & ipsius huic Provinciæ nostræ posuerit fundamentum. Annō 1208. biennio ante approbationem Regulæ primam, Discipulos octo misit in Germaniam. Ite ad gaudia mundi: Garmundiam signasse putatur, quod illi recta tendebant; & ubi primum iis domicilium dabatur. Annō 1215. Ipse S. Pater in propria persona Lucernam, aliquamdiu moratus, eum locum suis ibi relictis Fratribus, ac Sociis habitandum acquisivit. Quin, eo vivente, Provincia hæc septem numerat Monasteria, sibi jam incorporata: Garmundianum, Lucernense, Ratisbonense, Spirensse, Herbipolense, Hagenoënsse, Friburgensem, quæ etiamnum Provincia possidet: item amissorum duodecim. Anno 1216. Primo Generali Capitulo S. P. Franciscus 2dam pro Teutonia universa missionem ordinavit per F. Joannem de Penna, & F. Jordanum de Fano, Socios Sexaginta, brevī reverſos. Annō 1219. secundo Generali Capitulo, storcarum dicto, institutis denuo Missionibus in omnem terram B. F. P. Cæsarium Spirenssem in Germaniam, ejus patriam unum 30. Sociis ablegavit. Felicia ejusdem Zelo, & operâ, Seraphicus Ordo in Germania tum sumpsit initia. Fuit proin primus Teutoniæ Minister hic ipse B. Cæsarius, qui annō 1221. die 16. Octobris primum celebravit Capitulum Augustæ Vindelicorum. Et inde Fratres ad diversas Germaniæ partes, & Urbes ad propagationem Ordinis destinavit, & ipsem strenuus in vinea Domini operarius allaboravit. Intra 20. annos Religio Seraphica per Germaniam ita increvit, ut anno 1230. fuerit in duas, & anno 1239. Teutonia in tres divisa Provincias, Argentinensem, seu Rheni superioris, Colonensem, seu Rheni inferioris, atque Saxonicam. Argentina & primaria, & alma dici meruit: Seriem Ministrorum Teutoniæ, Provincialium hujus nostræ Provinciæ attexam.

**MINISTRI TEUTONIÆ, ET PROVINCIALES ARGENTINENSIS PROVINCIAE.**

**P**rimus B. Cæsarius de Spira Germanus, quondam Ecclesiæ Cathedralis Spirensis Concionator longè celeberrimus, à furente populo, contra cuius vitia severius concionatus, ad necem conquisitus, consulto in Italiam secessit Sacerdos fæcularis, ubi à S. P. Francisco ejus sanctitatem probè agnoscente ad suum Sodalitium receptus, anno 1219. à S. Patre institutus Minister Teutoniæ, biennio functus officio, & absolutus, ob zelum Cœlo est inaugurus.

**S**ecundus B. Albertus Pisanus, & hic à S. Patre 1223. designatus. 1227. ab Elia officio absolutus.

**T**ertius B. Simon Anglicus, & hic brevī officio defunctus, primus in Teutonia Lector Theologiæ constitutus.

**Q**uartus B. Joannes de Plano Carpinis, ab Elia, 1228. in Ministerium suffectus, Vir mirè depredicatus.

**Q**uintus F. Otto Lombardus ab anno 1230. usque 1239. divisa jam Teutonia in duas Provincias.

PRO-

## PROVINCIALES MINISTRI PROVINCIAE ARGENTINENSIS.

**A**nno 1239. primō Argentinæ Capitulō, secunda in tres Provincias facta est divisio. 1230. Saxoniā jam separatā: modō Rhenana in superiore, & inferiore, Argentinensem, & Colonensem divisā, nostræ Argentinensis almæ Ministri Provinciales ex Ordine, & Catalogo successorio, brevibūs notis, & assignatis annis electionis hīc recensentur.

1<sup>us</sup> B. Tertericus, Augustanus, Argentinæ hōc primō Capitulo, Provincialis jam ante à P. Ministro Generali institutus, modō proclamatus, à Patribus Provinciæ fuit salutatus 1239.

2<sup>dus</sup> B. Colinus, Spirensis meritis in vita, & miraculis postea clarus ministerium subiit 1245.

3<sup>tius</sup> B. Conradus de Cœli porta, 18. annos laudabilissimè in officio egit, ad id assumptus 1260.

4<sup>us</sup> B. Albertus Pius, uti Prædecessor, Concessione S. Bonaventuræ Generalis, electus à Patribus Provinciæ, cùm antea à Generali per suos Commissarios instituerentur Provinciales.

5<sup>us</sup> B. Conradus Probus, Tubinganus, Constantiæ Lector Theologiæ, Friburgi electus anno 1281.

6<sup>us</sup> F. Theodorus Göllinus, electus Basileæ 1285. sub præsidio Henrici de Isana Archiepiscopi Moguntini Ord. Min. Conv. Erat Theodorus Lector Ss. Theologiæ actualis Basileæ, Vir integerrime vite, observantiae Regularis, inter Disputandum, & concionandum eloquentissimus, elegans in scripturis, & opere potens.

7<sup>ptimus</sup> F. Bertholdus Lector Constantiensis, electus 1289. Ealingæ, præfuit 8. annis laudabiliter Provinciæ. Constantiæ 1297. Corporis exuvias terræ commendatas Fratribus mœstissimis reliquit.

8<sup>vus</sup> F. Henricus de Odendorff, filius Conventus Hallensis, electus Argentinæ, 1297. Provinciam quinque annis fidelissimè rexit, sed propter senium Heribaldi officio absolutus, postea ingravescente infirmitate, & ætate, sancto fine quievit Basileæ.

9<sup>us</sup> F. Henricus de Ravenspurg, Lector Ss. Theologiæ Constantiæ, electus Heribaldi anno 1302. Qui nulli labori pro conservanda Provinciae integritate pepercit, ab æmulis Romæ delatus, per Commissarium Generalis solvitur officio, mortuus vir justus, & Argentinæ sepultus.

10<sup>us</sup> F. Petrus Anglicus Ss. Theologiæ Doctor, vir meritissimus, electus Sarburgi 1309. Studium universale Argentorati instituit accersitis doctissimis omnium scientiarum Magistris, quod adeo successu floruit, ut ex Anglia, Francia, Burgundia, Ducatu Mediolanensi, Colonia, Saxonia, Austria, aliisque Provinciis Fratres bonas scientias acquirendi studio, ita ordinante Ministro Generali sese contulerint. Ipse plenus labore Heribaldi cessit officio, & in Italiam remeavit.

11<sup>mus</sup> F. Henricus ē nobili Familia Thalheimensi, Ss. Theologiæ Doctor, Parisiensis, electus 1316 Heribaldi. Vir insigniter doctus, & indefessi laboris, magna sedulitate tempore schismatis ob Ludovicum Bavaram contra obrectatores Ordinis integritatem defendit, & ipse multas insidias innocenter perpessus fuit. Constantiæ 1326. officio defungitur.

12<sup>mus</sup> F. Conradus de Rottweil, Constantiæ electus 1326. tertio regiminis anno Argentinæ animam cœlo reddidit.

13<sup>tius</sup> F. Rudolphus Stölzlin, de Erstheim electus Weissenburgi 1330. octo annis Provinciam omni, quâ potuit, diligentiâ administravit.

14<sup>us</sup> F. Joannes de Ravenspurg, Bernæ 1337. electus, qui optimi Pastoris officiō novem annis functus est, redux Venetiis à Capitulo Generali Argentinæ ē vivis exceſſit, in Ministrorum cœmeterio ibidem sepultus.

15<sup>us</sup> F. Rudolphus de Mörling, à Ministro Generali Fortanerio, institutus fuit. 1346. Provincialis, Vir pietate & Religione clarus, rexit Provinciam summa laude 14. annis, Argentorati quasi mœrore confessus, conspiciens Provinciam vix non contagione per totam Europam grassante interiisse. Tandem & ipse Argentinæ carnis debitum solvit, ibidem terræ commendatus 1359.

16<sup>us</sup> F. Albertus de Marbach, Ss. Theologiæ Doctor & Lector, Argentinæ electus 1359. Hic anno sui ministerii 13tiō post innumeros in Gubernio Provinciæ exantatos labores piissimè non sine planctu Fratrum celebrans Capitulum moritur Wormatiæ 1362. Capitulum Generale sub præsidio Ministri Generalis Marci Viterbiensis celebratum fuit, cui præter 800. Fratres, interfuerunt 32. Ministri Provinciales.

17ptimus F. Hesso de Lompartheim, Ss. Theologiæ Doctor, & Lector Argentinæ, ibidem omnium votis in Ministrum Provincialem electus 1372. qui summa cum laude, & zelosè præfuit, plura Capitula instituit, & optimas ordinationes fecit. Tandem Eslingæ in Capitulari Convocatione obiit. 1386.

18vus F. Joannes de Heilbrona, Ss. Theologiæ Lector & Doctor, Eslingæ omnium votis 1386. electus. Tertiō regiminis sui annō Basileæ inter vivos esse desiit.

19nus F. Marquandus de Lindavia, in Capitulo Argentinæ 1389. electus Vir ad omne officiorum genus dexterimus, sed præmaturè nimis, cùm tribūs solummodo annis præfuisset, Provinciæ eruptus.

20mus F. Joannes Leonis, Ss. Theologiæ Lector, & in Universitate Würceburgensi propositis & solutis difficillimis quæstionibüs Doctoratūs honore insignitus, Vir pietati, & studio apprimè deditus in Capitulo Eslingæ in Ministrum Provincialem electus. Sed à quadam clarissä Moniali turpitudinis calumniosè accusatus, Officio Provincialiatis fuit privatus. Turpissima apostatrix mendacii & calumniarum convicta, coram Magistratu Argentinensi ad revocationem compulsa. Joannes pristinæ dignitati per Religiosissimum, & Illustris. D. Dominum Summi Pontificis Legatum, & Cardinalem Cameracensem restitutus, Königsfeldæ piè vivens, sancte obiit.

21mus F. Jodocus Langenberg, Überlinganus, electus Basileæ 1415. Suscepsum Provincialatum ad ultimum vitæ Spiritum cum ingenti curâ, nec minori providentia, & laude administravit. Obiit Königsfeldæ.

22dus F. Conradus Bömlin, in Ministrum Provincialem Villingæ electus 1438. qui 11. annis graviter laborans regimen sustinuit, Eslingæ, ubi nascebatur, denascitur.

23tius F. Joannes Gnybe, Ss. Theologiæ Doctor, Conventus Moguntini electus in Capitulo Eslingæ. Officio 14. annis optimè functus, interfuit pluribus Capitulis Generalibus strenue pro integritate Provinciæ contra invasores calamo, & insigni suâ eloquentia decertavit, & cum Basileensem Conventum è manibus Observantium recuperare vellet, non sine maximo totius Provinciæ luctu apud Clarissas vita defungitur.

24tus B. F. Henricus Karrer, 1464. in Capitulo Neoburgi celebrato in Ministrum Provincialem electus est F. Henricus Reverendissimi, ac Illustrissimi Domini D. Henrici de Höven, Principis & Episcopi Constantiensis Pœnitentiarius Sacrae Cæsareæ Majestatis Consiliarius, Prothonotarius Apostolicus, Filius Conventus Villingani, vir pietate, & doctrinâ clarissimus, Religionis zelosus Conservator, & propugnator acerrimus, Virginis gloriose magnus cultor, S. P. Francisci Sectator insignis, ut qui in Agone ab illo & B. Matre misericordiæ fidelitatis suæ testimonium accepisse, & è vivis vocatus esse dicitur, mortale solum habuit Argentinum. Ab hoc etiam confirmatus Observantium Vicarius Provincialis F. Joannes Lindener Landishutæ electus.

25tus F. Georgius Summer, Ss. Theologiæ Doctor, electus in Ministrum Provincialem Argentinæ, laudabiliter rexit Provinciam, sub eo celeberrima Capitula, & Disputationes ex Philosophia, & Theologia famosissimæ instituta, ad quas fortuitò aderat Religiosissimus Pater Joannes Sprenger de Colonia Procurator Ordinis, qui tunc omnium in Europa Vir doctissimus habebatur, palam & in publico foro exclamans attestatus est, se neminem P. Conrado de Bondorff doctiorem, & subtiliorem vidisse.

26tus F. Conradus de Bondorff, ex nobilissima stirpe Baronum de Bondorff natus, Ss. Theologiæ Doctor & Lector Argentinæ, Filius Conventus Villingani, Argentinæ electus 1498. Hic Virum se celebratissimum pietate, doctrinâ, publicis Disputationibus, Concionibüs, & ministeriò suò, Provinciæ guberniò, quod finiente tertio, & inchoante 4tō Sacri Ordinis sæculò gesit, integerrimè exhibuit. Sub eo receptæ Constitutiones Alexandrinæ.

27mus F. Georgius Hoffman, Ss. Theologiæ Doctor, & Lector ejusdem Argentinæ eximus, ac suæ ætatis omnium existimatione Princeps, Sacraru[m] Litterarum interpres, electus in Capitulo Argentinæ 1510. Provincialis 19. annis multa egit, vidit, tulit, douit: Generalissimo Capitulo Romæ sub Leone X. adfuit.

28vus F. Bartholomæus Herrman, Hagenensis, Vicarius Provinciæ 1529. Brisaci Provincialis electus, annis 16. Provinciæ dominatus.

29mus F. Henricus Stolleyen, Ss. Theologiæ Doctor, Patriæ & Conventu Villinganu[m], Ferdinandi Archiducis Austriae Concionator Aulicus, electus Villingæ, strenuus Provinciæ, & Conventuum propugnator, Solodorani, Constantiensis, Ratisbonensis recuperator, aliorumque extitit Conservator.

30mus F. Udalricus Ludescher, ex Fraxeren, Überlingæ professus, Villingæ fuit electus 1557. fecit, quod potuit, in tanta Provinciæ desolatione & miseria.

31. F. Jodocus Schlüssler, Überlinganus, ministeriali officio in annos 18. perducto, electus Villingæ 1565. paucos habuit in Conventibus domesticos, in Provincia plures Commissarios, & visitatores. Receptæ sunt Constitutiones Piæ jussu Pii V. editæ, & nomine S. Caroli Borromæi Cardinalis, & Protectoris Ordinis publicatae.

32dus

32. F. Georgius Fischer electus Constantiæ 1583. triennio indefessè cursitavit pro salute suorum, laboravit, ac desudavit pro restaurandis Conventibus, & Provinciæ incremento.

33. F. Joannes Michael Männlin, Friburgensis Helvetius, Ss. Theologiæ Doctor, Vir Eximus, Provinciæ Vicarius, electus in Ministrum Provincialem Lucernæ 1586. pluribū annis antea Vicarius Generalis Reverendis Episcopi Laufanensis. Vir erat prudenter, & doctrina celeberrimus, Concionator Gallici, & Germanici Idiomatis facundissimus.

34. F. Joannes Kircher Villinganus, Ss. Theologiæ Doctor, Rudolphi II. Imp. Concionator aulicus, Vir multarum scientiarum gnarus, Imperatori, Principibus, & Illustribus Viris admodum charus, apud plebejos valde venerabilis, Religionis Zelator, & ejusdem integritatis propugnator strenuus, Provincialis Überlingæ electus anno 1589. anno 1592. reelectus, causam, & Conventum Clarissarum Ratisbonensium suo juri servavit.

35. F. Casparus Gehman, Ratisbonæ professus, Constantiæ ad Provincialatum evesus 1595. Ss. Theologiæ Doctor Vir maturus intellectu, velox ingenio, severus in corrigendo, Provinciam trienniō non levi austерitate, zelo, & fervore administravit. Absolutus Provincialatu sufficitur Guardianus Gamundiæ, ubi sub istis verbis, jam vici: animam Cœlo reddidit nonagenario major.

36. F. Joachim Lang, Überlinganus, Ss. Theologiæ Doctor electus Überlingæ 1598. Dein Guardianus Thannis. ubi Monasterium igne absumptum & fundo extruxit, vitam in Patria concludens 1615. suos ibi cineres terræ commendavit.

37. F. Beatus Bishalm Überlinganus, Ss. Theologiæ Doctor, Vir summè eruditus, Poëta Laureatus, in historiis versatissimus, tribūs vicibūs utpote 9. annis Provincialatum magnâ prudentia, dexteritate, & mansuetudine sustinuit.

38. F. Laurentius Bruder ex Dingelstorff, affiliatus Constantiæ, sexennio continuo ab anno 1603. regimine rigoroso, Religionis zelo, Provinciam gubernavit, in Patronam Provinciæ S. Elisabeth elegit, Conventum Spirensen restituit, Provinciam pedes visitavit, Paupertatis, ac Disciplinae Monastice magnus æmulator.

39. Casparus Leimbach, Franco, Herbipoli professus, in Capitulo Spiræ factus Provincialis 1616 Doctor ex Collegio Rom. S. Bonav. denuo in Provincia reformare studia coepit, & promovit.

40. F. Aurelius Ganzerinus, Italus, Herbipoli Præside P. Generali Jacobo de Bagacaballo anno 1618. Provinciæ cooptatus, & Provincialia electus. Illustrissimi, & Reverendissimi Principis Episcopi Herbip. & Bamberg. Consiliarius, Vir in omni scibili clarius, officium boni Pastoris explevit, omnes ad studia & virtutes verbō & exemplō exhortans, Seminaria ad promovenda studia, & disciplinam conservandam instituit, absolutō officii trienniō rediit in Patriam, & Aſula mortuus.

41. F. Hugolinus Kneuff, Franco, Herbipoli professus, prudentiā, & doctrina præstans, profundissimus Ss. Theologiæ Doctor, Ratisbonæ electus Minister Provincialis 1622. pro instaurandis studiis & pietate plurimum laboravit, sūa dexteritate difficultiora Provinciæ negotia facile expedivit, & omnia ad Ecclesiæ Romanæ, & Ss. Canonum normam reduxit. post Provincialatum 18. annis Lectorem egit Theologiæ, Mayngæ, Friburgi, Lucernæ.

42. F. Melchior Breitter, Ss. Theologiæ Doctor, Consiliarius Reverendissimi, & Illustrissimi Principis Domini D. Joannis Godefridi ab Aschaufen Episcopi Herbipolensis, & Bergensis Imperatori, Principibus, Baronibus ubique gratus, & familiaris, Illustrissimi, & Reverendissimi Principibus ac Dominis D. Wolfgang ab Hausen, & Alberto de Töring Confessariis, & Consiliarius, supra 30. annos Concionator famosissimus, Summæ Parochialis Ecclesiæ ad S. Udalricum, & inferioris Monasterii Parochus solertissimus, in Capitulo Mayngæ, 1625. in Ministrum Provincialem electus, nihil intermisit, quod ad divinum cultum propagandum, & Monasticam Disciplinam pertinere noscebat; summā itaque vigilantiā Provincialatum gessit. Absolutō officiō ad Guardianatum Ratisbonensem rediit, ubi incidit in magnam miseriam, cū Dux Bernardus Saxo Weinmarus in Bello Suecico Ratisbonam occuparet, cum aliis Monasteriorum & Ecclesiarum Rectoribus, & Superioribus in miseram captivitatem compactus, unā cum illis coactus est alè ludere pro suspendio. Inde timore corruptus contubuit, & piissimè obiit. Vixit Provincialis annis 3. Vicarius Provinciæ 9. Guardianus Ratisbonæ annis 30.

43. F. Joannes Ludovicus à Musis, ab Imperatore Ferdinando II. sic nominatus, alias Unglelert nuncupatus, Juliomagi sive Pfullendorfii mundo natus, Ss. Theologiæ ex Collegio Pragæ Doctor, Poëta Laureatus, Imperatori charissimus, in pertractandis negotiis dexterissimus, Provincialatus ministerium Lucernæ 1628 suscepit magna cum laude, & Religionis profectu, & studiorum augmento administravit, Conventum Augu-

Collect. Script. Monast. Tom. VI.

Ccc

stanum

stanum denuo obtinuit; impetravit quoque Conventum Wertensteinensem ab Inlyto, & gratioſo Magistratu Lucernensi. In triplici Villingæ obſidione, nulli labori pepercit, ut urbs à direptione Suecica conservaretur, preces publicas instituit, cives ad fortiter pugnandum excitavit, qui eum ut Legatum, & Urbis Conservatorem ad Imperatorem Ferdinandum II. alegarunt. Post officia egregiè administrata solis spiritualibus exercitiis, & meditationibus incumbebat, cœlestem actitans vitam, perquam utilia ſcripſit, & Opusculum ſuper noſram Regulam Seraphicam concinnavit, & ſicut sanctè vixit, ita piissimè vitâ est funeris, terræ mandatus Solodori.

44. F. Christophorus Donulus Eberth, de Herbipoli Solodori electus Provincialis 1631. Ratisbonæ ultroneō pestiferorum obsequiō, Provincialatus officiō, & vitâ defunctus est anno 1634.

45. F. Bonaventura Mannhart, Helvetus, Mayngani Conventū, Provincialis Friburgi electus 1635. reelectus 1642. Minister antea Provincie Austriae, Vir incomparabilis, Hagenoæ optimè meritus.

46. F. Joannes Caspar Knoderer, Friburg Brisg. Conventus Offonisburgensis, ad Provincialatum assumed Constantiæ, & hic ante Guardianus in annos 12. optimè de Conventu meritus, ibidem mortuus.

47. F. Gabriel Meyer, Juliomagensis, Mayngæ professus, Ss. Theologiæ Doctor, ab Illustrissimo Domino Nuncio Lucernensi Laureatus Wertensteinii electus Provincialis 1647. reelectus 1653. Vir miræ mansuetudinis, Religiosus, laboriosus, plura relict scripta.

48. F. Eustachius Wy, Ss. Theologiæ Doctor, laureatus ab Illustrissimo Domino D. Laurentio Gavotho, Nuncio Lucernensi. Provincialatum anno 1650. init, Commissarius Provincie Coloniensis, reelectus Provincialis 1667. Pro templo nostro Hagenoënsi, contra pacem Monasteriensem viriliter stetit apud Comitia Ratisbonensia.

49. F. Bonaventura Simonis Franco, Herbipoli professus, valde doctus, & zelosus, Constantiæ electus 1656. Provincie multum profecturus, nî præmaturè mortuus fuifit Wertensteinii 1660.

50. F. Seraphinus Keysersberger, Burgaviensis Suevus, Herbipoli professus, Ss. Theologiæ ex Collegio Pragensi Doctor, Provincialis factus 1659. reelectus 1671. bis Commissarius Generalis ad Colonensem, & Leodiensem Provinciam, bis & in nostra. Per suam humanitatem apud omnes etiam Principes tantam sibi conciliavit venerationem, ut paſſim Pater mansuetus audiret: ſcripſit præter alia Puteum Aquarum viventium, Miracula Wertensteiniana. Epitomen vita S. Antonii, Librum in defenſionem Ordinis intitulatum. Prope nonagenarius obiit Herbipoli.

51. F. Bonaventura Marius, Landishutanus, professione Gamundianus, Spiræ fuit electus 1662. Cultus divini, & religiosæ disciplinæ insignis zelator, Gamundie obiit 1674.

52. F. Christophorus Vogel, Brisacensis, Vir bonus, & rectus corde, Offonisburgi Provincialis 1665. antiquorum Religionis Fratrum emulator, paupertatis amator. Valdunæ obiit 1674.

53. F. Sigismundus Arnet ex Roth Lucernæ, Brisaci professus, electus Provincialis 1674. reelectus anno 1685. Lector, & Doctor, Ss. Theologiæ, Promotor studiorum eximius, Solodori defunctus 1686.

54. F. Celsus Bauman, professus Villingæ, electus Ratisbonæ 1678. Ss. Theologiæ Doctor, Vir valde Religiosus, admodum doctus, potens verbo, & opere. Dum Margrethuse Monialibus vellet Capitulum valedictionis dare, apoplexiā taetus, beatæ æternitatis terminum, uti nos sperare jubet pia, innocens, & sancta ejus vita, attigit,

55. F. Andreas Gaſt, Augustanus, professione Überlinganus, Ss. Theologiæ Doctor, Magister Novitiorum. Mayngæ Provincialis electus 1681. reelectus 1689. variis in Conventibus Guardianus, postremò Solodori, apoplecticus obiit 1692.

56. F. Seraphinus Fleischmann, de Herbipoli, Ss. Theologiæ Doctor, electus Mayngæ 1686 Religiositas amator, & cultor, benè dispositus viam universæ carnis est ingressus Herbipoli 1715.

57. F. Petrus Jacquerod, de Friburgo, Nuith. anno 1692. electus Lucernæ, sub praefidio Reverendissimi P. Ministro Generalis Josephi Marie Botari de Venetiis, fuit antea Lector Theologiæ Herbipoli, & Doctor. Post Provincialatum ſepe Guardianus, apoplexiā taetus obiit Solodori 1715.

59. F. Franciscus Hammer, de Herbipoli, Überlingæ electus 1696. Praefidente A.R.P.M. Exprov. Seraphino Fleischmann, magna prudentia, & mansuetudine præfuit laudabiliter, elapsò triennio, diversis in locis Guardianum ſedulum egit, obiit Herbip. 1723.

60. F. Antonius Hammer, de Herbipoli, Praedeceſſoris Germanus, Mayngæ Praefidente A.R.P.M. Honorio Engelbertz, ex Provincia Coloniensi electus 1699. Sub hujus

hujus regimine Monasterium in Schönau eleemosynis piorum, & expensis Conventū Herbipolensis extructum est, Exprovincialis diversos Conventus, quā Guardianus prudē rexit præsertim Constantiensem, Herbipolensem, & Maynganum, quos novis ædificiis auxit, obiit Mayngae 1718.

61. F. Guilielmus Geuß de Maynga, Überlingæ electus 1702. sub præsidio A. R. P. M. Bernardi Molitoris: Absolutō officio Valdunensem Confessariatum elegit, ubi quosdam libros Philosophicos, Theologicos, & Concionatorios composuit; quin & in Consilia-rium intimum Illustrissimi Principis Curiensis assumptus est, oblit 18. Dec. 1709.

62. F. Nicolaus à Montenach, de Friburgo Helv. electus Überlingæ anno 1705. Præside P. M. Antonio Wüssing de Colonia electus, Religiosus, & Superior optimus, omnibus acceptissimus, Provincialis actualis Valdunæ obiit 1707.

63. F. Meinradus Bockeyser, de Herbipoli, sub præsidio P. M. Guilielmi Geyss, 1708. Constantiæ electus, optimi Pastoris officiō dexterimè functus Paradysum se denuo contulit Confessarius; inde Herbipolim, ubi pariter omnium satisfactione Guardianus præfuit, obiit 1721.

64. F. Hyacinthus Pfister, de Offonisburgo: Exguardianus Überlingæ, ad regendam Provinciam ibi anno 1711. assumptus est, Præside, P. M. Antonio Hammer, subditis magna pietate præluxit, Provinciam potiori ex parte pedes visitavit, trienniō absolutō Überlingæ iteratò Guardianus, postea Offonisburgi, ubi Sacerdos jubilæus in pace quievit 1736.

65. F. Martinus Ehmand, de Herbipoli, præficitur Provinciæ 1714. Überlingæ, Capitulum gubernante P. M. Meinrando Bockeyser. Ille suo regimine mira in omnes humanitate, benevolentia, & morum probitate, commendabilem se fecit. Officiō exactō Confessariatum Vaidunensem repetiit, eiisque immoratus est ad mortem, quam oppetiit 1721.

66. F. Adrianus Funck, de Maynga, 1717. Constantiæ electus Præside P. M. Lelio Maria Mangili de Bergamo. Ejus industria, sudore, itineribus, & labore Conventus Villinganus, obsidione Talardica anno 1704. dejectus, ædificiis restitutus. In regenda Provincia optimi Pastoris partes explevit. Obiit Solodori Guardianus 1726.

67. F. Andreas Sartorius, ex Blechfeld prope Herbig. Gamundiæ professus, sub præsidio P. M. Hyacinthi Pfister Provincialis electus, duobus annis ac dimidiō functus officiō laudabilissimè, ac magno Religiositatis zelo, piam vitam pari morte Gamundiæ finiit. 1732.

68. F. Ferdinandus Meyer de Baldegg, Lucernas, diversa Italæ Collegia, etiam Pragense Ferdinandæum frequentavit. Anno 1723. Solodori sub præsidio P. M. Adriani Funck, Provincialis electus est. Guardianus in Conventu nativo, ac postea Constantiæ, apoplexiâ tactus obiit 1731.

69. F. Ludovicus Antonius, à Fleckenstein, Lucernas, Wertensteinii professus, in patria sub præsidio P. M. Ursi Glutz 1726. Provincialis electus, officiō absolutō Guardianus nativi Conventū, & Mayngæ, ibi tandem obiit 1740.

70. F. Ursus Glutz, de Solodoro, Ratisbonæ anno 1729. sub præsidio P. M. Ferdinandi Meyer, Provincialis electus, functus officiō, & Capitulo Generali Romæ præsens. Viribus demum fractus, & duorum annorum languore deficiens in Conventu nativo, obiit 1736.

71. F. Placidus Beutter, de Constantia, Offonisburgi, sub præsidio P. M. Ludov. Anton. à Fleckenstein 1732. electus Provincialis, Confessarius Valdunæ vitam finiit 1744.

72. F. Adrianus Meyer de Villinga, Constantiæ sub præsidio P. M. Ursi Glutz 1735. electus Provincialis, antea Guardianus Spiræ, ubi Ecclesiam, prout & Ratisbonæ reparavit: laudabilissimè officiis suis functus est, præmatura morte, & luctu Fratrum eruptus Provinciæ, Quatriduo ante celebrandum à se Capitulum intermedium, Überlingæ obiit piissimè 1737.

73. F. Leopoldus Witsch, de Offonisburgo, Constantiæ sub præsidio P. M. Placidi Beutter, anno 1738. electus 1741. Romam ad Generale Capitulum profectus.

74. F. Joachimus Roth de Herbipoli, Überlingæ electus, 1741. trienniō absolutō Romam Germanicarum Provinciarum agens abiit, 1747. Commissarius Generalis, & Præses Capituli Provincialis Præses Überlingæ, officiō suō perfunctus, Romam rediit, ubi obiit, defunctus 1750.

75. F. Leodegarius Bürgisser de Lucerna, Mayngæ sub Præsidio P. M. Leopoldi Witsch, 1744. electus.

76. F. Joannes Chrysostomus Widmar, Überlinganus, electus 1747. Præside P. M. Joachimo Roth, Roma huc destinato Commissario Generalis, reverso, & Romæ mortuo.

77. F. Melchior Osterrieder, ex Willburgstetten, Suevus, Conventū Ratisbon. electus Gamundiæ, Præside P. M. Leodegario Bürgisser.

78. F. Seraphinus Fleischmann, de Herbipoli Franco, electus Villingæ, Præside P. M. Chrysostomo Widmar anno 1753. Ille Ecclesiam Brisacensem cum Seminario Studentium, singulari industriâ, curâ, & labore funditus ædificari curavit.

79. F. Ludgerus Stein, Eystadianus, 1756. Überlingæ 13. Septemb. electus.

§. III.

*Catalogus Fratrum & Sororum, qui in hac Alma nostra Provincia,  
præ cæteris vitæ sanctimoniam claruerunt.*

Sancta Elisabetha Regina Hungariæ Patrona singularis Provinciæ.  
 Soror Adelheidis, de Rohrmanskirch. Ratisbonæ.  
 Soror Agnes, de Rodenstein Spiræ.  
 P. Albertus de Pisa. fol. 38. & 39.  
 P. Andreas Harmuth, Herbipol.  
 P. Antonius Solodorensis, Frib. Nuith.  
 Soror, Apollonia Frölichin, Spiræ.  
 Soror, Barbara Räppin, de Beitingen.  
 P. Bartholomæus Agricola. P. Barnabas, Herbipol.  
 P. Benedictus, Erfordiæ.  
 P. Bertholdus, Ratisbonæ.  
 P. Cæliarius, Spirensis.  
 P. Castmus, Monachii.  
 Soror Catharina Zöllerin.  
 P. Christophorus, Weckerlin.  
 P. Colinus, Spiræ.  
 P. Conradus, de Cœli porta.  
 P. Conradus Kling, Martyr Erfordiæ.  
 P. Conradus, Marburgenfis.  
 P. Conradus Probus.  
 F. Conradus Waldstromer, Norimbergæ.  
 P. David, Augustæ.  
 P. David, Gamundiæ.  
 V. Soror, Elisabetha Bona, Reuthensis.  
 F. Eberhardus, ab Hertingsberg, Norimbergæ.  
 Soror Elisabetha, de Kyburg, Friburgi.  
 V. Soror Elisabetha, Grünenbergenfis.  
 Soror Elisabetha Sechin.  
 Soror Elisabetha Strasserin.  
 P. Fridericus de Amberga, Friburgi.  
 P. Henricus Karrer, Argentinæ.  
 F. Henricus Palatinus, Comes Tübingensis Eslingæ.  
 V. F. Illuminatus Rosengarth, de Altkirch, Lucernæ.  
 P. Joannes Continger.  
 P. Joannes de Plano Caprin.  
 P. Joannes, Friburg. Briegojus.  
 P. Joannes Habermann, Thannis.  
 P. Joannes Spirensis, Spiræ.  
 P. Joannes Yane. P. Jordanus, Magdeburgi.  
 P. Julianus de Spira. P. Joannes de Spira.  
 Soror, Leutgardis, Wittichii.  
 P. Mamertus, Frib. Nuith.  
 P. Marcus de Mediolano, Bambergæ.  
 V. Soror Margaretha Arnoldin, Martyr Weppachii.  
 Soror Maria Rosina, Hermansbergæ.  
 F. Marquardus Weismahler.  
 P. Jacobus à Porta, Basileæ.  
 P. Melchior Textor, Thannis.  
 P. Richardus de Kirchberg, Norimbergæ.  
 P. Jordanus de Fano.  
 F. Rodelindus Rubeaci.  
 P. Rodingerus Herbipoli.  
 P. Sebastianus Eck, Martyr Spiræ.

P. Simon

- P. Simon Anglicus.  
 P. Simplicianus à Banck, Wertensteinii.  
 P. Tertericus, Augustæ,  
 P. Theodulus, Argentinensis Friburgi Nuith.  
 P. Vincentius Ridler, Monachii.  
 Sor. Ursula Christin, Beronenensis Muttenthal.  
 Sor. Ursula Heiderin, Villingæ.  
 Sor. Willburgis, Comitissa de Kelmüntz.  
 Domina Comitissa Gutta de Rotenburg, Lucernæ.  
 F. P. Thomas Murner, Lucernæ.  
 F. P. Joannes Feer, Lucernæ.  
 Prænob. Domina Gertrudis Riggoldin.  
 Reverendis. P. Richardus Episc. Ratisbonæ.  
 F. Petrus Reich, Solodori.

## §. IV.

*Catalogus Fratrum, qui ex Alma Provincia Argentinensi ad Dignitatem Episcopalem fuerunt assumti.*

- P. Albertus Bicklin, Episcopus Iprenensis, Suffraganeus Archiepiscopi Moguntini, Gerlai Comitis de Nassau.  
 P. Albertus N. Episcopus Insulanus Suffraganeus Episcopi Argentinensis Conradi, Baronis de Liechtenberg.  
 P. Albertus N. Episcopus Salonenensis, Suffraganeus Episcopi Augustani, Domini Marquardi, de Landeck.  
 P. Conradus Probus, Episcopus Tullensis.  
 P. Conradus N. Episcopus N. Suffraganeus Episcopi Argentinensis Friderici, Baronis de Liechtenberg.  
 P. Conradus, Episcopus Hieropolitanus, Suffraganeus Episcopi Ratisbonensis.  
 P. Daniel Zehender, Episcopus Bellinensis, Suffraganeus Episcopi Constantiensis Hermanni, de Breitenlandenberg.  
 P. Gerardus, Comes de Eppenheim, Archiepiscopus, Moguntiae.  
 P. Henricus Knoderer de Isna Algojus, Episcopus Basileæ, postea Archiepiscopus Moguntinus.  
 P. Henricus Episcopus Rossensis, Suffraganeus Episcopi Fryssingenensis.  
 P. Henricus Richardus, Episcopus Colensis, Suffraganeus Episcopi Ratisbonensis.  
 P. Henricus, Episcopus Campensis, Suffraganeus Episcopi Spirensis, Henrici Comitis de Leiningen.  
 P. Henricus Urmayer, Episcopus Hieropolitanus, Suffraganeus Ratisbon.  
 P. Joannes Friburgensis Brisgojus, Episcopus Boslivi in Hungaria.  
 P. Joannes de Astenburg, Episcopus Termopolitanus, Suffraganeus, Episcopi Spirensis, Ludovici de Helmstatt.  
 P. Joannes, Episcopus Bellinensis, Suffraganeus Constantiae.  
 P. Joannes, Episcopus Bellinensis, Suffraganeus Episcopi Constantiensis, Udalrici Pfef-ferhard.  
 P. Joannes, Episcopus Gadiensis, Suffraganeus Episcopi Constantiensis, Eberhardi de Wallburg.  
 P. Joannes, Episcopus Lacedemoniensis Suffraganeus Episcopi Laufanensis Wilhelmi.  
 P. Sebastianus Vögter, Suffraganeus Episcopi Argentin.  
 P. Udalricus, Episcopus Adrimetanus, Suffraganeus Episcopi Augustani, Joannis Comitis de Wertenberg.  
 P. Ulricus Urmayer, Episcopus Hieropolitanus, Suffraganeus Episcopi Ratisbonensis.  
 P. Wolfgangus, Episcopus Hypponensis, Suffraganeus Baßaviensis.  
 P. Thomas, Episcopus Agathopolitanus.  
 P. Theodoricus, Episcopus Curiensis.

## §. V.

*Systema Provinciæ in 6. Custodias partitæ, primo Ordinis Sæculo.*

*Prima Custodia Alsatiæ II. Conventuum Argentinæ, Hagenoæ, Rubeaci, Sarburgi, Weissenburgi, Offonisburgi, Selestadii, Baræ, Colmariæ, Keysersbergæ, Brifaci.*  
*Collect. Script. Monast. Tom. VI.*      D d d      NB. Offo-

N.B. Offonisburgum, & Brisacum modò ad Custodiam Rheni, cum Spira & Heitershemio: Mons B. V. M. ad Custodiam Alsatiae.

*Secunda Custodia Rheni* 10. Conventum. Spiræ, Wormatiæ, Moguntiæ, Heidelbergæ, Fridbergæ, Dietburgi, Francofurti, Gelnhusii, Oppenheimi, Cœsarisi - Lutrae.

*Tertia Custodia Lacùs*, 8. Conv. Lucernæ, Lindavii, Tigurii, Constantiæ, Villingæ, Schaffhusii, Burgdorffii, Überlingæ. NB. Lucerna modò ad Custodiam Basileæ.

*Quarta Custodia Sueviæ*, 10. Conv. Gamundiæ, Ulmæ, Herbipoli, Eslingæ, Hallæ, Rothenburgi, Reütingæ, Pforzheimi, Tübingæ, Heylbronnæ. NB. Herbipolis modò ad Custodiam Bavariæ: Maria Maynga verò ad Custodiam Sueviæ.

*Quinta Custodia Bavariæ*, 9. Conv. Augustæ, Ratisbonæ, Nördlingæ, Monachii, Bambergæ, Norimbergæ, Ingolstadii, Landshutæ, Ambergæ. N. ad hanc Custodiam Herbipolis, Schonaugia.

*Sexta Custodia Basileæ*, 10. Conventum Friburgi Nuith. Friburg Brisg. Basileæ, Bernæ, Mülhusii, Burgdorffii, Solodori, Neoburgi Brisgojæ, Thannæ, Königsfeldæ. NB. Thannæ modò ad Custodiam Alsatiae, cum Hagenoa, Monte B. V. M. & Sarburgo, & ad Custodiam Basileæ, Lucerna, & Wertenstein.

Primi ferè saeculis Provincia hæc numeravit Monasteria Fratrum 60. Clarissarum 30. Sororum 3tii Ordinis 60. Personas Religiosas 500. & ultra. Sed magno saltu per injurias temporum, & variorum malorum uti pestis, belli incursionem, & persecutions Provincia est diminuta, nunc incorporata restant Monasteria specificanda.

1. Gamundianus 1208. 2. Lucernensis 1215. 3. Ratisbonensis 1218. 4. Spirensis 1219. 5. Herbipolensis 1221. 6. Hagenensis 1222. 7. Friburgensis 1224. 8. Constantiensis 1240. 9. Villinganus 1250. 10. Sarburgensis 1265. 11. Offenburgensis 1280. 12. Solodoranus 1280. 13. Thannensis 1297. 14. Überlinganus 1300. 15. Brifacensis 1302. 16. Mons S. Victoris 1370. 17. Maynganus 1607. 18. Heitersheim 1616. 19. Wertensteinensis 1630. 20. Schonaugiensis 1699. 21. B. M. V. Gerstorff 1737.

Primo de Conventibus hisce Fratrum, postea 6. Monasteriis Clarissarum, dein de viginti duobus Sororum 3tii Ordinis, denique de Monasteriis deperditis quoad Originem, fundationem, & singulorum vicissitudinem &c. Compendialiter agam.

## CONVENTUS RESTANTES FRATRUM. BRISACUM.

*Dicæces Conf.*

*Custodia Rheni.*

Anno 1302. Fratribus Min. Conventualibus Consistendi datus est locus, & cœpit ædificari Monasterium cum Ecclesia, (quæ titulò Festivò B.V. Mariæ assumptæ gaudet) beneficentiâ Familiarum nobilium, præsertim Prænobilis Familiæ de Bolzenheim. Confraternitas S. Sebastiani M. indubie pestis tempore instituta, hanc Franciscanam Ecclesiam celebrem reddit.

1548. Magistratus documenta Conventus, litteras censuales, & pretiosa quæque ad se recepit, ed quodd ex defectu Religiosorum solus & unicus hic habitaverit Guardianus, qui que brevi etiam ad Fratres migraverit. 1552. Licet novus cum superiore numerus Fratrum successerit, fuerunt tamen in Monasterio 20. Milites locati commoratione semestri, & inducta tormenta bellica contra Gallos, quin Monasterium in Nosocomium militum versus fuisset, nisi ruinosum corruisset. 1638. Brisacum quadrimestri obsidione Suecæ cessit, & Gallis. Dux Weinmar Vineis nostris toto cole excisis Monasterium diruere, fortalitium loco ejus extruere decrevit. Perière tunc restantia Conventus documenta. 1640. Commandante Urbis Hugonotæ Gallo, Barone de Oissonville, PP. Augustiniani Monasteriò suò, in Armamentarium mutatò excedere jussi, à nostris Conventualibus ultrò recepti Domicilio, ultra decennium commorabantur. 1652. Magistratus FF. Conventualibus Scholas pro Salario obtulit, nec non Conventus curam Hospitalis Galici, dein Civici, Parochias in Widensoelen, Grussen, Ackarren recepit.

1713. Obsidione Friburgensi, Lazarethum Brisacense, Gallorum ægrotantium, ac vulnerorum ad tr'a millia simul oppletum administravere soli Conventuales nostri, quorum quatuor Patres juvenes, & F. Clericus intra tempus trimestre contractâ febrâ malignâ mortem oppetiæ, & reliqui propè omnes lethaliter decumbebant 1725. usque ad annum 1730. Monasteriò pervetustò angustò, ruinosò destructò, novum reædificatum, ampliatum, protractum fuit curâ P. Kiliani Seubert, P. M. Raymundi Lemmermeyer, P. Bernardini Müller, tum ex mediis Conventus, tum ex Eleemosynis, præfertim ligna donante Reverendissimo Domino Abbe ad S. Trudpertum Augustino Sengler.

1741. A.R.P. M. Seraphinus Fleischmann de Herbipoli novem annis discontinuis Guardianus de munitione diruta conquisivit materialia, faxea, & lateritia &c. pro ædificanda

ficanda Ecclesia, insuper & usum fructum fundi per totum ambitum der inneren Classie per octennium, Austrica ex gratia, & munificentia impetravit, sed & collectis extra, & peregrin copiosis eleemosynis impensas præparavit, sivecum è fundamento Ecclesiam novam ædificavit. Et ne perduret illud Jeremiale lamentum: aquam nostram pecuniâ bibimus: in colle hortensi fontem foderunt: effossione 18. Orgyis profundâ è rupe aqua in Vigilia S. Joannis Baptiste scaturiens laborantes refrigeravit.

## CONSTANTIA.

*Dioecesis Confœ.**Cust. Lacus.*

**A**nno 1240. Fratres Minores eō pervenerunt, peraccepi Reverendissimo Illustris. Principi, & Episcopo Domino Henrico de Thanneck, decenniō prope sacram perantiquam B. Mariæ V. ædiculam sub Tilia, ubi sacris dabant, usque ad ædificationem Monasterii & Ecclesiae, eōdem B. V. Mariæ titulō sub Tilia retentō, ad structuram Magistratus Constantiensis concessit aream, & pro 100. marcis argenti coempta est Domus, & Pomerium à Reverendissimo D. Bertholdo Abbe ad S. Blasium. In solemni Dedicatione Ecclesiae concionabatur P. Bertholdus, qui Ratisbonæ in fama sanctitatis obiit.

1304. V. P. Conradus Probus, olim hic Theologiae Lector, Provincialis 5tus, Episcopus Tullenfis Lotharingiæ, 1284. post annos 20. die 21. Aug. Constantiæ obiit sanctissimè.

1217. Eminentissimus Dominus Franciscus Zabarella Patavinus, Cardinalis Florentinus, sub Constantiensi Concilio mortuus, in Ecclesiae nostræ Choro fuit sepultus.

Hoc in monasterio, ejusque refectorio coram Concilii Patribus, Hæresiarcha Johannes Huss auditus, judicatus, & ad rogum condemnatus 6. Jul. 1415. extra civitatem in cineres est crematus.

1548. Constantiæ Domui Augustissimæ Austriacæ subdita (namque defecit à Religione Catholica totū Clero, omnibusque Religiosis 1527 exturbatis) & Religione restitutâ P. M. Henricus Stolleyen pro recuperatione Monasterii strenue laboravit, eō receptō, solemne sacrum hīc iterūm celebravit, nec non Protectionem Romani Regis Ferdinandi, contra quendam restitutioni nobis factæ adversantem impetravit. Nec Scholæ & Gymnasium, exturbatis FF. Conventualib⁹ introduci potuerunt.

1556. Occasione Pestis instituere Cives in obsequium epidomiā laborantium, & defunctorum Societatem sub nomine Rauf Köpffer Bruderschafft sub protectione S. Sebastiani Martyris, cuius Brachium Hagenoā huc anno 1628. allatum est, ac illud, mirandi adhuc Odoris eleganti argenteo reliquario reconditum, solemni processione 1747. à Reverendissimo, Excellentissimo, Domino D. Comite de Fugger, Suffraganeo Portatum fuit. Confraternitas verò Bulla Urbani VIII roborata magis cœpit esse devota. Porro Pestis Constantiæ sœviit post finem Concilii, sopita patrociniō S. Rochii 1418. anno verò 1431. grassata circum civitatem, intactam reliquit. Iterūm invaluit 1459. per 10. menses, & 1451. & 1467. & 1483. salva tunc Constantiæ. Ab Anno 1556. ob merita tempore pestis cura Parochialis Hospitalis civici FF. Conventualibus fuit collata: Pœnitentiarium Ecclesiae Cathedralis ab anno 1689. P. Conventualis administrat.

Anno 1709. Monasterium noviter extructum fuerat, Promotore hujus ædificii P. M. Antonio Hammer p. t. Guard. Architecto F. Udalrico Bähr. Anno 1724. usque 1735. Ecclesia magna ex parte rædificata, vel reformata eleemosynis Piorum, ac potissimum curâ R. P. Dionysii Harth Guardiani. Anno 1735. Sacr. Corpus S. Venturini Martyris donatum ab Illustri D. Bar. de Landsee Sacello suæ Familiæ, infra quod est Crypta sepulchralis pro eadem, solenniter illatum, & super Altari depositum. Denique præter studium Juris Canonici in hoc Conventu Tyrone Religiosi instituuntur. Capitula hīc sunt celebrata numerō 30.

## FRIBURGUM.

*Dioecesis Lausan.**Cust. Basileæ.*

**A**nno 1244. Nuithonum Civitate hac Fratribus Germanæ nationis Magistratus introi- tum concessit, Monasterium, & Ecclesiam sub titulo S. Crucis extrui curavit, & fundavit Illustrissimus Dominus Comes de Kyburg, & uxor ejus Anna Ducissa de Zäringen.

1179. Civitas Friburgensis condita fuit à Bertholdo IV. Duce Zäringæ & Burgundiae minoris. 1237. Foundationem monasterii auxit filia prædicti Comitis Eberhardi, ex perantiqua Familia & Illustrissimo Stemmate Clementum. Obiit 1275. dicta Fundatrix, quæ Regulam S. Claræ professa, domi suæ cœlestem aëtitabat vitam, bonis operibus, præsertim charitatis erga proximos jugiter intenta, contemplationibus, orationibus, ac spiritualibus exercitiis assidue dedita potiorem amplissimæ suæ substantiæ partem distribuit Xenodochiis,

cæterisque pauperibus. Demum famâ ejus per totam illam regionem sanctitatis perlatâ ad optatos Immortallis sui sponsi amplexus pervolavit, & in Ecclesia Fratrum sepulta.

1440. Hunc Conventum illustrarunt vitæ sanctimoniam beata morte, & requie, hîc sepulti Fratres. P. Mamertus Spirensis Exorcista miraculîs clarus, præsertim circa energumenos. 1408. die 3. Aug. sanctè obiit F. Theodulus Argentoratensis Sacerdos. 1428. die 9. Junii obiit magna sanctitate clarus Sacerdos F. Antonius Solodorensis. 1432. die 27. Junii in hoc Conventu sanctè obiit. F. Fridericus de Amberga Ratisbonæ professus, in medio Chori sepultus, insignis doctrinæ, admirandæ pietatis, ac multiplici virtutum genere conspicuus Vir, pluribûs annis Provinciæ Vicarius, omnibus verbô, & exemplô præluxit, qui in exactissima Regulæ observantia, in zelo altissimæ paupertatis conservandæ, in mortificationum pœnitentiæ operibus, ac corporis edomandi austritate maximè enituit, ejus dexteritate, & pietate Conventus in temporalibus, & spiritualibus magnum sumpsit incrementum.

Ab anno 1558. ob bellorum, pestilentiarum, & hæreseos incursus, & æmularum infidias usque ad annum 1593. multa damna, & incommoda sustinuit. Memoratò anno Magistratus inclitus cessit Monasterio Jus Patronatûs Ecclesiæ in Font, & jus patronatûs cujusdam Sacelli B. V. M.

Anno 1598. obiit F. Joannes Michael Männlein Vir omni doctrinâ & scientia clarissimus Illustrissimi Domini Episcopi Laufannensis Vicarius Generalis, & quondam Provinialis. Concionator linquæ germanicæ, & gallicæ famosissimus.

1628. 6. Sept. Ad Majorem Dei gloriam, & illustriorem Friburgensis Monasterii de corem A. R. D. Joannes Wuillieret testatus fuit, quod ipsi ex energumeno per Principem quendam Dæmoniorum Oeniomagi nomine coactum divinitus & per B. V. M. facta sit revelatio quorundam Ss. Corporum in Capella omnium Ss. Friburgi apud Franciscanos jacentium, nimirum R. P. Theoduli Argentinensis mortui 3. Augusti anno 1408 R. P. Antonii Solodorensis sepulti 9. Junii anno 1428. Corpus R. P. Mamerti, cuius sepulchrum Dæmoniacos vehementer exhorre.

1694. Sacellum B. Mariæ V. ad formam Einsidensis intra Ecclesiam sumptibus Prænob. Domini Udalrici Wild Senatoris fuit exstructum, & fundatum, consecratum ab Illustrissimo Domino, ac Princepe Petro à Montenach, Episcopo Laufannensi, dictum Sacellum devoto fidelium accursu est celeberrimum.

1713. Monasterium pervertustum, ruinæ, ac præcipitio proximum reædificatum sub Guardianatu A. R. P. M. Ludov. Ant. à Fleckenstein: Angulari lapide cærimonialiter posito per Episcopum Laufannensem Illustrissimum, ac Reverendissimum Jacobum Duding Equitem Melitensem.

1745. Ecclesiæ navis tota Choro persistente, fuit de - & extructa nova unius anni spatio, sequenti anno 6. Nov. consecrata cum 12. Altaribus ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Josepho Huberto de Boccard Episcopo Laufannensi. Restauratio Ecclesiæ facta est sub Guardianatu P. M. Gregorii Moret. In hac Ecclesia unus nostrorum R. Patrum singulis diebus Festivis, & Dominicis concionatur Gallicè, sëpe simul Germanice. Studia hîc Philosophia, Theologica, Juridica successivè floruerunt. Capitula celebrata fuere duo.

## GAMUNDIA.

*Diaeces. Aug.*

*Custod. Sueviae.*

Anno 1208. Missione ima venere Suevo. Gamundiam ab ipso S. Patre missi octo Fratres antesignano V. P. David Germano Suevo, quocum, aliis alio dimissis, duo FF. Angelus & Sylvester hic loci perstiterent. Ipse autem V. David in vitæ sanctimoniam, austerritatibus corporis, contemplationibûs, & aliis virtutibus, quas à S. Patre didicerat, se exercebat, pœnitentiam zelosè prædicando miris sequentibûs signis plurimos peccatores ad pœnitentiam convertebat, ipse consummatus in brevi explevit tempora multa meritis plenus, miraculis clarus, anno, quô venit, Gamundia excessit ad gaudia cœli: & corpus illius Fratres in Sacello, quod cum Domicilio à PP. Cisterciensibus de Königsbrunn gratiosè concessum accepit, contumularunt cum hac Epigraphe. 1208. Candide Lector hoc sub lapide requiescent ossicula Davidis ex primis Fratribus, qui à S. P. Francisco hoc missus fuit cum septem Fratribus.

1220. Fratres hîc superstites exemplarî vitâ brevî plures in consortium suum trahentes, numerô auctô, eleemosynis civium, & vicinorum, maximè sumptibus Prænob. D. Waltheri de Rinderbach, Monasterium ædificare cœperunt juxta Ecclesiam Cisterciensium, qui & hanc tandem Fratribus dono reliquerunt, obtinuerunt etiam Fratres à Prænob. Dominis de Helfingen Villam. Verum 1546. usque ad annum 1620. Belli, pestis, hæresis, calamitate, syndicorum infidelitate, in proximo amissionis periculo stetit hoc Mona.

Monasterium, ruinosum, depauperatum, usquedum 1620. P. Jacobus Laib de Thannis, vir magnanimus Guardianus Gamundiae cives à lapsu, & civitatem à lue Lutheranismi strenue vendicavit. Eodem anno ob litteras Cæsareas à Ferdinandō II. impetratas colligit in Eleemosyna 11948. floren. Quibus Ecclesiam & Monasterium pro possibili restauravit. Anno 1680. Sacellum S. Antonii, quo condita V. P. Davidis ossa, è fundamento, & ampliori spatio extruebatur: & ecce apertò Davidis sepulchro, lampas adhuc ardens, & astantium conspectui apparet, intromisso aere paulò post extinguebatur. Oculares testes, P. M. Celsus Baumann Provincialis, P. Bonagratia Kuhn, Provinciæ Secretarius. P. Colonatus Jammetz Guard. P. Innocentius Liehr Vicarius.

Anno 1718. Vetus Monasterium penè destructum, & novum ædificatum fuit. 1720. Renovatum fuit Sacellum S. Antonii, & anno sequenti cœpit ibi congregatio mensilis Tertiariorum. 1734. Confraternitas sub titulo Imac. Concept. B. M. V. instituta. 1736. Studium Inferioristicum fuit erectum non sine consolatione parentum, & sedula studentium informatione. In Ecclesia denud reformata nova Confraternitas in honorem S. Barbaræ solemniter erecta. Capitula in hoc Conventu sunt quatuor habita.

## HAGENOA.

*Dioecesis Argent.*

*Custod. Alsatiae.*

Anno 1222. B. Cæsarius hinc ad Sac. Ordinem suscepit nobiles duos Germanos Fratres Casparum & Melchiorem à Fleckenstein, atque Balthasarum Bechte! Patrium. Horum trium hæreditarii opibüs Monasterium, & prægrandis Ecclesia sub titulo trium Regum spatiō plurium annorum perfecta sunt. Ecclesiam consecravit Reverendissimus D. P. Sebastianus Vögter Suffragan. Argentin. Qui ab Alexandro IV. Romæ dono acceptum S. Sebastiani M. Brachium, nativo suo Conventui duxit. Septem Altaria, quæ Prænobilis Parens dicti Reverendissimi Suffraganei construi fecit, consecravit Reverendissimus Episcopus Tullensis F. Conradus Probus.

1540. Ferdinandus II. Imperator II. septimanis cum aula sua hoc in Conventu morabatur. Ab hoc tempore Conventus, litterarum, arerum pretiosarum subtractio ne, iniqua transactione, dispersione pluriū deficere cœpit. Ecclesiam Lutherani occuparunt, Monasterium verum est in armamentarium. Donec ex Decreto Cæsareo, & iussu Ferdinandi Archiducis Austriæ P. M. Hugolino Kneuff Provinciali Ecclesia, & Monasterium restituta sunt. Interē Brachium S. M. Sebastiani, licentiā Superiorum Ordinis Hagenoæ Constantiam fuit translata per P. Casparum Breitter Guardianum Hagenensem. Et hinc exhibent partem Reliquiarum de Tibia S. Martyris, cuius honori Magistratus constituit singulis per annum feriis 5tis celebrandum officium in Ara ejusdem. 1656. Lutherani vi pacis Westphalicae Franciscanam Ecclesiam sibi recuperare voluerunt; sed cum Landgraviatus Alsatiae cesserit Regi Galliæ, subito spes & prætentio eorum hoc eventu evanuit. 1696. Corruit Ecclesiæ navis turbine, alta satis, & ruinosa, chorō perstante, suis nixo fulcris. In Ara Crucis devota stabat imago Crucifixi, cuius pectori particula sanctæ Crucis inclusa periit. Subtus Imago B. M. V. dolorosa miraculosa, possessione Ecclesiæ Lutheranæ, illæsa, & collapsa Ecclesiæ ruinâ mansit integra. 1697. reædificari cœpit Ecclesia P. Jucundi Frosard Friburgensis Helveti dexteritate, & industria, ac Serenissimi Ducis de Mazarin munificentia, qui 7000. libras suppeditavit. Annis sequentibüs Ecclesia navis erecta, Organō, Altaribus, & reliquiis decoramentis fuit exornata. 1731. Monasterium sub P. Guardiano Oswaldo Montfort inceptum ædificari, & 1745. sub bellō Cæsareo, Austriacis Hagenoam occupantibüs, structura integra fuit completa. Capitula Nro. 6. hic fuerunt celebrata & Vicarius Parochiæ civitatis multorum annorum lapsu optimè à FF. Conventualibus administratus, usquedum RR. DD. Canonici ex Surburg Hagenoam fuerunt translati.

## HEITERSHEMIUM.

*Dioecesis Conf.*

*Custod. Rheni.*

Anno 1616. Reverendissimus, ac Illustrissimus Dominus Princeps, Ord. Equestr. Melitens. D. Joannes Fridericus Hund, de Saulheim hoc Monasteriolum extructum, & Ecclesiam sub titulo Sacr. Sepulchri Christi Domini, & in honorem Stigmatizati S. P. Francisci ædificatam, Seraphico Minorum Ordini, & Provinciæ nostræ Argentinensi gratiōsè donavit, fundavit, & dotavit. Illustrissimi sui Ordinis assensu, assignatis annuò censualibus 600. florenis pro 6. personis. Anno 1620. Altefatus Illustrissimus Princeps administrandam Conventualibus dedit Parochiam in Eschbach: anno 1634. Heitershemianam quoque contulit. Anno 1659. Eminentissimus D. Cardinalis Landgravius Hassiæ, Princeps tunc Heitershem. Parochiam in Schlatt; & anno 1661. in Grissen & Bremgarten comisit.

*Collect. Script. Monast. Tom. VI.*

*Eee*

*At*

At verò Annō 1735. Eminentissimus D. Cardinalis de Schönborn Princeps, & Episcopus Constantiensis causam ab Antecessore jam agitatam pro amovendis à cura Parochiali Religiosis Conventualibūs instantiū urgere, & promovere cœpit. Romæ datâ sententiâ decisiva, Episcopum posse Religiosos, ab administratione Parochiarum amovere, iudicatum, ac executioni datum est. Annō 1744. Celsissimo Principe Episcopo Constantiensi D. Casimiro Antonio de Sicking, Patrono gratosissimo duæ iterum Parochiæ Heitersheim, & Eschbach, ac annō 1750. in Augusto illa Schlattensis Conventui denuo ab ordine commissæ sunt in Conferentia Überlingæ inter Eminentissimum Ordinem Melitensem & Officium Celsissimi Principis Episcopi Constantiensis, & restitutæ in perpetuum. Ab anno 1720. usque ad annum 1750. Monasterium cum Ecclesia sumptibūs Monasterii, & eleemosynas, præcipue tignatribuente Reverendissimo D. Abbate ad S. Trudpertum.

1753. Reverendissimus, & Excellentif. L. B. de Gimnich, Prior Daciæ locum tenens Heitersheim obiit 1. M singularis Benefactor dicti Conventus.

### HERBIPOLIS.

*Dioeces. Würceb.*

*Custod. Bavariae.*

A nno 1221. B. Cæsarium, Sociosque hic locus exceptit, & ille alios hīc ad S. Ordinem suscepit, inter eos Hartmannum Harmuth, qui nominatus Andreas, aliumque nomine Rodingerum, postea factum B. Elisabethæ Confessarium, qui ambo sanctitatis famā Ordinem decoraverunt, hic mortuus Halberstadii Guardianus 6. Martii 1230. Ille Herbipoli 6. Martii 1225. Fratribus primò propè Sacellum S. Bartholomæ habitantibus quatrienniō, dedit Illusterrimus & Reverendis. Dominus Hermannus de Lobdenburg Episcopus Herbip. vicinum priori Sacellum S. Vallentini E. & M. cuius integrum corpus FF. Min. Conv. populo magna frequentiâ accurenti colendum exhibent non sine specialium beneficiorum fructu, ac insuper præfatus gratosissimus Benefactor amplam Sacello adhaerentem suam Domum, aliasqæ duas beneficè donavit. Anno 1247. Innocentius IV. P. consensit, & confirmavit commutationem loci, & possessionem areæ, spectantis antè ad Moniales Augustinianas, postea clarissas. Idem Papa ratam, confirmatamque habuit donationem, & emptionem plurium fundorum, quo sibi pro Ecclesia, & Monasterio construendo, Fratres compararunt. 1300. Hoc Sæculō accessere plura temporalia Bona, Domus Dominarum de Bettigheim, plurima ex hæreditate à Familia de Neuenstein, Aedes de Brunegg, & alia zur kleinen thannen. Anno 1389. Prænob. D. Henricus Keylholz de Hochfeld, hoc in loco propè Kizingium omnia sua Bona, Jura, Jurisdictiones, Census &c. Conventui legavit. 1584. Jesuitæ, uti annō 1566. Monasterium Clarissarum ad S. Agnetem occupavere, ita aliquos Conventus nostri redditus sui juris fecere. Porro egregii studiorum restauratores plures notati celebrantur, videlicet P. Casparus Leimbach Provincialis, & primus Theologiæ Lector, P. Sigismundus Arnet Provincialis, P. Celsus Baumann Provincialis, P. Joannes de Heylbron Provincialis, & P. Joannes Leonis Provincialis, & hodieum principale hīc Theologiæ studium floret. Annō 1614. Celsissimus Princeps Episcopus Julius Monasterium hoc nostrum totum insigni suâ munificentiâ restauravit. Quod 1630. Patres Observantini Monasterium hoc nostrum appetentes, ut obtinerent, aut cum suo faltem Dettelbacensi commutaretur, omni moto la pide, requisito etiam favore, & interventu Bambergensis Episcopi, recusantis autem patrocinari contra PP. Conventuales, quantumvis astutè, in vanum laboravere. Annō 1695. P. M. Antonius Hammer Guardianus Conventus nativi per Decennium, & P. M. Franciscus Germani, ambo Provinciales, hæreditariis opibūs Monasterium repararunt, Ecclesiam Aris, Organis, artificiosis picturis &c. exornarunt, pretiosis etiam paramentis Sacristiam argenteis vasis, aliaque Sacra supellectili locupletarunt. Ceterū à longo tempore functiones Parochiales FF. Min. Conv. in Sacello Forensi B. V. M. ex collatione Incliti Magistratū exercent.

1715. P. M. Exprovincialis Antonius Hammer, p. t. Guardianus magnis nativi Conventus sumptibūs restauravit ædificium Monasterii, superstruendo eidem toti antiquo, novam contignationem splendidam cum grandi Bibliotheca, quæ libros circiter 10000. & ultra continet. Benefactores hujus ædificii erant Grat. L. B. de Guttenberg Decanus ad S. Burchardum, & Excellentissimus D. Jacob Director Cameræ 1724. Instituta fuit Confraternitas Immac. Concept. B. M. V. 1737. Dejectâ per tempestuosum turbinem antiquâ Turri, anno 1641. extracta in navi Ecclesiæ, nova nunc in Choro fuit reposita. Capitula hīc fuerunt instituta Numerō 9.

LUCER.

PROVINCIÆ ARGENTINENSIS. 201  
LUCERNA.

Dioeces. Conf.

Custod. Basileæ.

Anno 1215. Beatus P. noster Franciscus sacratissimam suam personam, ac presentiam non modò hoc Monasterium decoravit, sed ipsem prima ejusdem fundamenta jecit: dum enim, ut scribit Wadingus Tom. 1. fol. 135. ut referunt manuscripta Cancellariæ Lucernensis; dum enim ex Marochia in Italiam reversus per Hispaniam, & Portugalliam ulterius progredi per Galliam non auderet propter contagiosam luem in ea dirissime sequientem, iter suum debuit arripere per Burgundiam, sive in partes Helvetiæ venit. Quod ubi Illustrissimæ Dominae Guttæ ex Storitz Comitissæ de Rottenburg piissimæ fœminæ certò constitisset, protinus virum sanctum invitavit, rogavitque, ut cum suis Discipulis aliquantisper divertere dignaretur. Benignè itaque suscepimus frequentare nullo non die solebat cum suis quoddam Sacellum in Augia nuncupatum B. V. Mariae in loco paludososo, viminibus, & nemorosis sentibus obsoito, in quo hodie nostra consistit Ecclesia. Cum autem hoc anno Romæ in Laterano universale celebraretur Concilium, Lucernæ ex Helvetia ad illud se contulit, aliquot ex suis hic relinquens Discipulos, qui eleemosynis, & beneficentiâ Dominae Comitissæ gratiosè sustentati prope Sacellum hoc, utpote locum meditationibus, mœroris, & rerum divinarum contemplationibus amicissimum construxerunt sibi aliquot Casas, & tuguriola, impetrata prius facultate à PP. Benedictinis im Hoff, ad quos locus spectabat; nequid enim condita civitas erat, sed tantummodo quædam Piscatorum & Nautarum domicilia hinc inde diffusa.

1220. Illustrissima Domina Comitissa fatis amplum coëmit terræ spatum pro 60. Marcis argenti à Reverendissimo D. Abbe & Principe Murbacensi O. S. B. pro construenda nova Ecclesia, & Monasterio F. Min. Conv.

1225. FF. Min. Domina Comitissæ amandissimæ Benefactrici, ac Fundatrici suæ in debitâ venerationis, ac gratitudinis monumentum dono dederunt vitream ampullam sanguine ex stigmatibus S. P. N. Francisci scaturiente plenam, quam ipse pretiosissimô thefauro longè chariorem in sua Ecclesia Parochiali in Kriens publici honoris gratiâ reposuit.

1233. Die 4. May sanctissimè obiit Domina Comitissa, & ante summi Altaris medium apud FF. Min. Conv. sepulta quiescit. 1343. die 29. Junii Fluvius Rusua ita urbem Lucernensem inundaverat, ut pervenerit usque ad Altare majus in Ecclesia nostra tantæ altitudinis, ut onustam navem portare potuisset. 1479. Sixtus IV. Papa ex Ordine Seraphico primus omnium singulare cum Lucernensis, & reliquis Cantonibus init fœdus, & in Custodes cubicularios asumpsit. 1508. Conflagravit urbs Lucernensis: ex tunc vorunt Magistratus, & cives annuam Processionem circa Museck Indulgenter plenariâ per tres dies donatam. 1524. Parochum Lucernensem egit P. Thomas Murner, Ss. Theologæ Doctor, qui suis Concionibus zelosis, & privatis colloquiis Statum Lucernensem in Fide Catholica conservavit; hinc provenit, quod adhuc hodie Fratres Cadavera apud eos humanda cum cruce, & irrequisitô Parocho ad Ecclesiam suam, & cœmeterium conductant. Confortem habuit V. F. P. Joannem Feer. 1525. sub mutatione Religionis P. Thomas Murner prefatus Lucernæ prædicantibus Lutheranis in foro pescatorio jamjam contra Catholicos tumultuantibus, & civibus adhærentibus illis, ad carceres perpetuos condemnati; exclusis eorum filiis ab omni sæculari, & Ecclesiastica dignitate, exceptâ Sacerdotali, & Monachali.

1570. S. Carolus Borromæus Card. Protector Ord. Conventum personaliter visitavit. 10. Octob. & sanctis monitis illum munivit. Nihilominus ob bellorum, hæresecos, & pestilentiae tempestates, paucitatem Fratrum Conventus iste magnum periculum sustinuit usque ad annum 1596. quando inclitus Magistratus dictum Conventus singulari providentia, & saluberrima protectione communivit.

1626. Reparatum fuit è fundamento antiquius urbe Sacellum B. V. M. olim miraculis celeberrimum situm in nostra Ecclesia. Annò priori in Capitulo Provinciali Mayngæ, Conventui Lueerna Novitiatus primarius Provinciæ ersetus fuit.

1632. die 24. Martii sacram Lucernæ in Novitiatu emisit Professionem V. F. Illuminatus Rosengart de Altkirch, mira Innocentiâ vitæ, & sanctitate conspicuus, familiari Angeli Custodis consuetudine, dulci alloquo, & frequenti presentia dignatus, in contemplando Christum crucifixum compassiva amoris teneritudine, aliquanto tempore præfertim Sacræ Hebdo: adeò absorptus fuit, & amore lanquit, ut vix non contabuerit, aliisque innumeris virtutibus clarus, ut ex descriptione vitæ ejus patet. Eodem anno, mense, & die nempe 28. Martii sanctissimè præcedentibus mirabilibus signis, visionibus, & B. V. M. apparitionibus animam Deo reddidit, sepultus in peristilio. Anno 1746 ad instantiam P. Provincialis Leodegarii Bürgisser apud Illustrissimum D. Nuntium Apostolicum. 3. Febr. Offa Ven. F. Illuminati Rosengart exhumata sunt, & ad cameram Sacræ ad ulteriorem usque decisionem translata. 1749. die 20. May offa hæc arcuæ inclusa duplici,

duplici, stanneoplumbeæ, ac quercinæ, jussu ejusdem Reverendissimi & Illustrissimi Domini Nuntii Apostolici recondita sunt in choro à latere Evangelii, sub mensa credentiali contecta lapide sepulchrali, eidem incisis hisce litteris O. F. I. R. utriusque hujus actus, per Sac. Nuntiatuæ deputatos adest relatio, & Authenticum Instrumentum.

Annô 1644. Ampulla sanguinis, qui ex stigmate lateris S. P. Francisci defluxerat, solemini processione ex Ecclesia Parochiali in Kriens ad Ecclesiam nostram translata fuit, eam Comitantibus Illustrissimis & Reverendissimis Dominis, ac Principibus, Domino Ranucio Scoto Nuntio Lucernenfi, & Domino Joanne Comite Truggless & de Wallburg Episcopo Constantiensi. Hujus Translationis Instrumentum Authenticum adest, videratum à Notario Apostolico, cum subscriptione moderni Lucernenfis Legati Apostolici Illustrissimi Domini Philippi Acciaiuoli 29. Sept. 1752.

1733. Ecclesia fuit reformata sub Guardianatu, & cura P. M. Friderici Müller, Überlingen icilicet novo laqueari, pavimento, fenestrâ, Altaribûs, chori - stathmis, Confessionalibûs, scâmnis, atque sepulchris cameratis. Ad quam structuram Magistratus Inclytus se beneficentissimum exhibuit. Asservantur sub magno cultu in hac Ecclesia Sacra Corpora Ss. Eusebii M & Perpetuae V. & M. ac Corpus S. Cœlestini M.

Capitula Provincialia hîc celebrata sunt annis 1519. 1586. 1628. ubi electus Provincialis vir incomparabilis P. Ludovicus à Musis, & promulgatae sunt constitutiones Urbanae. Item annô 1642. & 1692. ubi P. Mn. Generalis Josephus Bottari Præsidem egit. Denique 1726. electo Provinciali P. Ludovico Ant. à Fleckenstein Lucernate.

## MAYNGA.

*Dieces. August.*

*Custod. Suevæ.*

Anno 1580. Tradidum fuit hoc Monasterium à FF. Brigitinis derelictum, in Spirituilibus & Temporalibus administrandum FF. Conv. eratque primus administrator F. Joannes Alberti, Senior Provinciae, & Commissarius, ejus autem origo talis est.

1405. Joannes Comes Oettingæ, aliquando ex equo decidens in profundissimam paludem, morti proximus votum vovit Domino, se, si incolmis evaderet, ædificatum Sacellum in eo ipso paludis loco ad honorem B. V. Mariæ, & S. Annæ, quod & liberatus periculo perfecit, ut hodie visitur. Hoc Sacellum successu temporis celeberrimum fiebat, tum ob miracula crebra, tum propter frequentes oblationes fidelium, ita, ut Comites Oettingani inciperent novum Monasterium, illudque vocarent Maybronn. Hoc Monasterium intendebarunt primò incolere PP. Augustiniani Eremitæ, deinde Benedictini, postea Servitæ B. V. Mariæ; sed brevi tempore omnes inde recesserant; tandem divina admonitione vocati fuerunt Fratres de Gnadenberg prope Norimbergam Ord. S. Salvatoris, dicti Brigattini. 1472. Comites Oettingani Ulricus, & Ludovicus fundarunt, & dotarunt hoc Monasterium. 1472. Adductæ, ac inclausuræ fuerunt etiam in hoc Monasterio Sorores Brigantinæ. 1ma Abbatissa erat Barbara Goldschelein von Eüstätt præfuit annis 20. moritur anno 1501. annorum 66. Anno 1573. moritur sexta & ultima Abbatissa Elisabetha Müllerin Augustana, exinde plures Sorores morte sublatæ: Fratres vero Brigattini ob hæresin invalescentem, ob contracta plura debita, & alias miseras recesserunt; remanentibûs solâ Priorissâ, unâ, aut altera forore circa annum 1583. ab hoc tempore Monasterium derelictum, & œconomiam administravit Dominus Crispinus Heuslin ex Commissione Comitum usque ad annum 1607. Quando nemo ex Religiosis Brigattinis superstes erat, hoc Monasterium totum ruinosum Religioni nostræ omnino resignatum collatumque fuit à Comite Oettingano de Wallerstein, & Joanne Comite de Hohenzollerum Sigmaringen &c. & Antonio Comite Fugger Domini Wilhelmi Comitis de Oettingen liberorum Curatoribus in Camera Imperiali confirmatis, monasterium, inquam, una cum quibusdam fundationibus, anniversariis, & redditibus, ac duobus prædiis. Primus loci Guardianus erat F. Joannes Bruder, qui h̄c anno, & die solemniter fuit introductus.

1614. Brigittini è Monasterio Mariæ Forst propè Coloniam, repetentes hoc à suis derelictum Mariæ Maynganum, coram Episcopo Augustano, nunc & anno 1631. iteratò remissi sunt domum; post annos 30. reversi, 3tiò immisionem postulârunt. 1637. Urbanus VIII. Bullâ 12. Febr. datâ translationem ad Conventuales approbavit, & confirmavit. Id & Episcopus Augustanus. 1644. Brigittini jam 3tiò, ac in curiâ Romanâ solicitârunt. Sed PP. Conventuales 1689. die 14. May possessionem suam speciali Bullâ Innocentii XI. confirmavit, indicâtio Brigittinis perpetuâ silentio. Cantâsse olim inter, & cum illis Religiosis, Canticum Magnificat, è Statua seu Imagine miraculosa, Virgo Es. Maria Deipara traditur: Id eidem gloriosissimæ Matri modò concinunt deservientes Mariæ Mayngani FF. Conventuales. Anno 1625. coram Ara Beatissimæ V. M. obtinuit sepulturam F. P. Christophorus Weckerlin F. Min. Sacerdos, qui ut piissimè vixit, ita

ita mortuus 24. Octob. ætat. 38. Cui decessero suæ tutelares Patronæ S. Magdalena, S. Barbara V. S. Catharina V. bina vice visibiliter apparuerunt. 1675. Sacellum S. Antonii ædificari curavit Illustrissimus Dominus Philippus Comes de Oettingen, qui in eo sepultus fuit anno 1680. ac plures successu temporis ex Illustrissima Familia in eorum Crypta sepulchrali sepulti jacent. Porro ab anno 1622. quod P. M. Hugolinus Kneüff post Provincialatum 18. annis Theologiam docuit, hic floret studium Theologicum. Anno 1703. Monasterium novum cepit ædificari, & post biennium inhabitari. 1707 Jubilæum accepti in possessionem Monasterii solemnissimè celebratum est. 1712. Ecclesia è fundamento extrui cœpit, quæ anno 1717. fuit absoluta, & 1719. consecrata 1731. Confraternitas S. Joannis Nepom. ritu solemni 26. Aug. fuit instituta. Cæterum bono Monasterii hæreditatibus, quām titulo emptionis fuerunt usque modò augmentata. Capitula sunt Nrō. 6. hic celebrata.

## MONS S. VICTORIS.

*Dioeces Curiens.**Custod. Lacūs.*

**A**nnō Domini 854. Reverendissimus Dominus Abbas Sant. Gallensis Hardartus destinavit ex suo Monasterio quendam Fratrem Laicum professum nomine Eusebium, qui in hujus montis Sacello S. Victoris 30. annis cœlestem & miraculosam duxit vitam, & plures ad Christianam fidem convertit. Tandem in pago Prederis ob prædicationem pœnitentiae pro Catholica fide ab impiis rusticis fænum ibidem resecantibus, quibus jam pridem exosus erat, falce fænaria trucidatus Martyr occubuit; demessum caput ipse suis manibus attollens longo sanè itinere in Montem S. Victoris P. & M. cuius caput pariter ibi summa veneratione à fidelium concursu colitur, ad Patronum suum pertulit tumulandum; sacræ etiam istius Martyris reliquiae adhuc asservantur.

Annō Domini 883. die 23. Sept. Carolus 3tius cognomento Crassus Rom. Imperator hunc montem S. Victoris unā cum Sacello ejusdem sancti, ac suis dependentiis, atque villis donavit PP. Benedictinis Sanct. Gallensibus, qui Illustrissimo Domino Rudolpho Comiti de Montfort Domino in Feldkirch prædictum Montem cum quibusdam villis tradiderunt. Præfatus Dominus Comes 1370. incepit ædificare monasterium juxta Sacellum S. Victoris P. & M. & anno 1383. die 13. Sept. fundavit, & dotavit Sacellum, & Monasterium, ac donavit FF. Conventualibus, assignando eis Protectorem Pfleger oder Kasten-Vogt, Magistratum scilicet Feldkirchensem.

1398. Augustissima Domus Austriaca obtinuit à Comitibus de Montfort Dominium Feldkirchii per contractum emptionis, in cuius territorio situs est Conventus, & sic quoque translatus est titulus avocatiæ, ut vocant, ad Domum Austriacam.

1568. Mense Septembr. P. Guardianus; & reliqui omnes miserè morte sublati fuerunt, remanente unico famulo superstite. 1642. Combustum Monasterium reædificatum fuit piorum eleemosynis, Guardianante P. Gervasio Ulman.

1650. die 12. Februarii Senatus Feldkirchii, utpote Conservator, seu Syndicus totam temporalium Bonorum administrationem cesserunt post multas, & graves causas, & controversias Guardiano Conventus juxta Concil. Trid. Seff. 25. de Regular. Et Decretum Sacr. Congreg. Confit. Tit. 1. in Cap. 4. Regul. & Tit. 3. Documenta tamen apud se reservant usque hodie in Archiv. suæ Civit. Capitula hic celebrata Nro. 6. omnia intermedia.

## MONS MARIANUS.

*Dioeces. Argent.**Custod. Alsatiae.*

**A**nno 1737. ab antiqua peregrinatione sacra, consistente iu Quercu parvula Imagine Thaumaturgæ Virginis Beatissimæ Mariæ suum titulum Mons iste, ac nomen novum, novo avolatu, & cultu recuperavit. Supra montem Ecclesia, in pede montis pagus est, nomine Gerstorff, cuius loci cura Parocho, & Fratri adiuto Custodia templi hucusque incumbebat. Ubi & quando possessionem accepit solemniter nomine Provinciæ R. P. Oswaldus Montfort de Thannis, p. t. Guardianus Hagemoënsis, qui pro hoc loco operam suam solerter impendit apud Eminentissimum Dominum Cardinalem de Rohan Episcopum Argentinensis ejusque Suffraganeum Vice Generalem, ipsumque loci Parochum, dein Territorii Dominum Accatholicum Principem Hasso-Darmstadiensem: denique pro Confirmatione Sedem Apostolicam, ac Galliæ Regiam solicitavit, impetravit: Religiosum Hospitium ædificavit, ut brevè 4. 5. Sacerdotes, 3. Fratres Laici, & Hostites alii commodè hic degere, & divertere potuerint. Pro fundatione autem, & sustentatione parùm fundi circum Ecclesiam pro horto, & vinea, oblata, Ss. Missarum stipendia, Fratrum affiliorum patrimonia, eleemosynarum collectura, servitia, subsidia R. D. Parochorum &c. subsistendi media suppeditabunt.

*Collect. Script. Monast. Tom. VI.**Fff**OFFO.*

Diæces. Argent.

Custod. Rheni.

**A**nno 1280. Porta patet Civitatis Fratribus hue invitatis. Vulgata pridem famâ Minorum; Moguntiæ Capitulariter congregatis, Magistratus Offenburgenis, legatione missa, Minoritas perhumaniter ad suam Civitatem invitârunt, congrua sustentatione, Monasterium ædificarunt. 1284. Dominus Henricus Prætor Offenburgi, & uxor ejus nomine Beata præter insignes eleemosynas pro construendo Monasterio donarunt Fratribus integrum suam lapicidinam in Vesenbach. 1335. 7. Kalend. Martii in Ecclesia nostra sepelitur Prænob. Domina Gertrudis uxor Domini Riggoldi omnium opinione beata; cuius tumulus contegitur lapide majori humo altius prominente. Ceterum hic Conventus vineis, agris, Villis, Sylva, & redditibus annuis in yino, frumento, & ære, ac magna eleemosynâ fruitur. Iniquè traditus, & donatus Magistratui, juste fuit vindicatus à P. M. Provinciali Conrado Bömlin 1437. Porro anno 1554. Monasterium fit armamentarium, vario cataphractorum genere confertum: quin anno 1589. P. Guardianus cum duobus adhuc Sacerdotibus, & duobus Novitiis Conventum explebat. Anno 1689. Offonisburgum Vulcano Gallicò, favilla factum, & combustum, successu temporis inter ædificia pauca, cinere dispersim exfuscatæ, vident, & Monasterium nostrum 1696. è fundo reædificatum stare, ex una saltem parte, & tractu, sub Guardiano A. R. P. M. Joachimo Hueber, filio Conventus, optimè de illo meritus, calamitosis maximè iis temporib; Præ- & successorem in officio habuit R. P. Franc. Josephum Riedinger compatriotam, qui civitate exusta domicilium habuit in Alberspach, prædio Conventus cum duobus Patribus, qui in diebus festivis Offonisburgi Missas in superstite sacrifitia celebrabant, Confessiones excipiebant &c. 1692. Quando Guardianatum cœpit P. M. Joachim Hueber, tecto muris exustis imposito, habitacula tumultuariè excitata incoluere Fratres ex dispersione reduces; & studia interrupta, domo pro scholis noviter extructa, rursus inchoavere.

1702. 3tiō jam Guardianus in hoc suo nativo Conventu P. M. Franc. Jos. Riedinger, qui prioribus annis patriam in favilla vidi, in villa vixit Albersbacensi, pane arcto, ac tenui falino, jam nunc Offonisburgi, tutò rursus erecto, habitans, habuit annos fertilitatis quidem, & messis multa fuisset, quam Colonus intulisset, nisi missa in messem falce Gallus hostiliter eam abstulisset. Ob id anñonæ magna Caritas, penuria multa, ut toto illo districtu, bienniō totò, & ultra famæ invalesceret, panem petentibus, vix esset, qui frangeret.

1705. Successit in officio Guardianatus Patriota P. M. Leopoldus Schmauz, qui Ecclesiæ restaurandæ animum concepit, & collecturam Eleemosynæ caris adhuc, & turbulentis temporib; instituit. Et anno 1706. Architecto F. L. Udalrico Bähr, Brigant. Chorus Concameratus est, & fenestræ conclusus.

1707. Navis etiam reparata, & erecta Ecclesiæ, cujus ingressui solemnis apertura. Primum in hac Ecclesia ad B. V. M. assumptam celebravit Officium in Pontificalibus Reverendissimus, & Grat. D. Abbas Gengenbacensis. P. Guardianus, vir doctus, historicus versatissimus, qui hōc usus Lemmate. præstant adversa secundis, triennali suō defunctus officiō, adversa etiam valetudine, vale viventibus dixit, in eā ipsā, quam ante biennium strui fecit, communi FF. sepulturæ, cryptâ mortuali primus ipse locum cœpit corporeæ depositionis usque in diem universalis ad vitam resurrectionis.

1708. Magistratus de vallo à Gallis vastato concessit ultro PP. Franciscanis contiguum suo pomario spatium ( vulgo Zwinger ) quod extrâ cingit civitatis fossa 20. circiter Orgyarum latitudine; hac tamen conditione, ut novò aperturam murò clauderet; & si quando civitas remunienda foret, id spati cederent, nec id jure Immunitatis Ecclesiastice unquam comprehendenderent.

1717. Guardiano nativi Conventus A. R. E.P.M. Hyacintho Pfister Monasterii altera pars fuit ædificata; introductum studium philosophicum pro FF. & sacerdularibus.

1727. Præmemoratus dignissimus P. M. Hyacinthus 2dō hīc Guardianus, tertiam quoque partem Monasterii unā cum peristylio exstrui, & perfici curavit, qui & anno 1733. in patria Jubilæum Primitiarum Sacerotalium solemnissimè celebravit, post triennium, anniversaria die meritissimus de Conventu atque Provinciæ atat. anno 77. è vita piissimè migravit.

1746. Domini civitatis Gymnasium novum suis sumptibus strui, & accommodari fecerunt, & largissimum fontem Monasterio concesserunt. Capitula hīc celebrata 12.

RATIS.

PROVINCIÆ ARGENTINENSIS. 205  
RATISBONA.

Dioecesis Ratisb.

Custod. Bavariae,

Anno 1218. e Familia Gamundiana, & Ulmensi FF. Min. Conv. huc venientes, & magno spiritu fervore prædicates pœnitentiam biennio in vico Donau-Stauff comorabantur. Cum FF. Zelosis Concionibüs, sancta conversatione, & virtutum exemplis plurimos, etiam gravissimos peccatores ad meliorem vitam convertissent, fuerunt a civibus Ratisbonæ perquam humaniter ad urbem invitati, domicilium obtinuerunt ad S. Margaritham prope pontis portam ultra quatuor annos demorati, ubi duo sunt mortui.

1225. Reverendissimus Episcopus Ratisbonæ, Conradus de Frondenhausen donavit eis Sacellum S. Salvatoris, & hodie hoc titulo insignem locum ædificando Monasterio liberalissime concessit. Alii Benefactores piissimum præfati Præfulis exemplum secuti donarunt FF. Min. Conv. 1mo 123. Illustrissimus Dominus Albertus Comes de Bogen integrum suam curiam & Palatium una cum amplissimo horto. 2do 1233. Henricus Rex Romanorum duo horrea super quam speciosissimam aream cœpit ædificari Ecclesia profecta magnifica, cujus longitudo continet 154 pedes, longitudo chori 73 pedes, latitudo Ecclesie habet 64.  $\frac{1}{2}$  pedes, latitudo chori 31. pedes. 3to 1237. Serenissimus Dominus Otto Dux Bavariae donavit Conventui duo horrea Conventui contigua, item Domum cum tota area. 4to 1254. Serenissimus Dominus Ludovicus Dux Bavariae donavit Fratribus hortum Monasterio contiguum. 5to 1254. Reverendissimus Dominus Gozwingus Abbas in Brüell duas areas ad ampliandum Monasterium. 6to Serenissimus Dominus Henricus Dux Bavariae sex areas Conventui adjacentes Fratribus liberaliter donavit 1259. 7ptimo anno 1290. Serenissimus Dominus Otto Dux Bavariae, tam aream propè chorum sitam, quam hodie Lutherani pro suo granario usurpant. 8vo anno 1361. Prenob. Domicella Catharina Gruberin legavit Conventui Domum suam. 9no 1419. Anna Lienhardin donavit Fratribus liberè vineas suas in Donstauff. 10. 1723. Reverendissimus D. Carolus de May Decanus ad vet. Capellam dono dedit Conventui authenticas Reliquias scilicet particulam de habitu S. P. N. Franc. Item de cingulo ejusdem, & folia rubrata & rosarum spinis, quibus fese injecti, & cruentavit. Item P. R. D. Joannes Schmelzer Canonicus ad vet. Capellam donavit 2. Candelabra argentea. 1725. mortuus est Eminentissimus Dominus Cardinalis de Saxenzeits Plenipotentiarius, qui duo Altaria nobis effici curavit. 1747. Prenob. D. Doppuhler Cancellarius pro 2. quotidianis Missis Conventui legavit 6000. florenos.

1272. Die 13. Decemb. obiit in sanctitatis fama P. Bertholdus, Ratisbonæ natus, integritate vite clarus, atque Christianæ eloquentiæ orator insignis, Concionator magnus, in diversis Teutoniae Provinciis, in Thuringia, Bohemia, Bavaria, Suevia &c. Hujus Prædictoris verba erant ignita, qui instar alterius Eliæ peccatores etiam gravissimos, & longo tempore obstinatos, ad Dominum convertebat, & verbô & exemplis, & multis miraculis, uti constat ex historiis omnino certis.

Super caput ejus in Thuringia, dum concionaretur, a fide dignis, Religiosis utriusque sexus personis astantibus plures præfulgidæ, velut ex stellis divinitus elaboratae coronæ videbantur. Tantum autem profecit universitati tam Cleri, quam plebis, ut omnium cordibus, & auribus fuerit acceptissimus, & summe admirabilis. Sæpius 10000. hominum ejus Conclaves frequentasse dicitur. Plura de eo scribunt Pisanus, & Wadingus.

1606. die 10. Aprilis Illustrissimus Dominus Albertus Episcopus Ratisbonensis debita veneratione, & solennitate facras Reliquias P. Bertholdi referatò tumulò, & Sarcaphago levando transtulit, & arcæ decentiori inclusit, que honorificè a Fratribus ibidem afferuntur.

Anno 1292. die 8. Junii sanctissimam vitam multis virtutibus, & operibus bonis coruscantem terminavit devota D.S. Elisabetha Sechin Soror P. F. Bertholdi, atque in Ecclesia nostra sepulta.

1401. Die 4. May hic obiit Reverendissimus P. Henricus Episcopus Rossiensis Suffraganeus Illustrissimi Domini Episcopi Frysingensis Bertholdi de Weichingen, erat professor Ingolstadii.

1442. Die 27. Augusti obiit Reverendissimus P. Conradus Episcopus Hierapolitanus, Suffraganeus Ratisbonensis, filius Conventus hujus, quondam hic Lector, Guardianus, & Custos Bavariae.

1453. Sanctè obiit Reverendissimus P. Conradus Richardus Episcopus Colenis Suffraganeus Ratisbon. filius hujus Conventus, in medio Ecclesiæ nostræ sepultus.

1468. Die 1. Julii obiit Reverendissimus P. Henricus Urmayer Episcopus Hierapolitanus, Suffraganeus Ratisbon. filius hujus Conventus, Concionator Eximus, Custos Bavariae, Procurator Ordinis. Tandem Episcopus sepultus in Ecclesia Cathedrali.

1472. Obiit Reverendissimus P. Wolfgangus Episcopus Hypponensis Suffraganeus Passaviensis filius hujus Conventus.

1480. Summus Pontifex Sextus IV. suis sumptibus Monasterium potiori ex parte colapsum reparari mandavit, cuius insignia videntur in Refectorio hyemali.

1528. Magistratus Lutherizare coepit, & vexare Religiosos, vestigalia, &c. extorquendo; 1539. FF. Min. ē Monasterio exturbavit, annis 12. id occupavit.

1551. Annō, quō Carolus V. Imp. Praecones Lutheranos excedere Monasteriō mandavit, sese PP. de Observantia intrudere connitebantur.

1552. Indefessā P. Provincialis nostri Henrici Stolleyen, operā causam agentis coram Imperatore, Commissariis Cæsareis, ac Principibus Monasterium Illustrissimo Domino Georgio Episcopo Ratisbonensi redditum est, & per eum hōc annō 1552. Ordini, ac Provinciali restitutum. Magistratus pro vasis argenteis, & clenodiis ex Sacristia ablatis restituit Conventui 689. fl. 5. f. 21. pf.

1580. & 85. PP. Jesuitæ possessionem nostri Monasterii usurpare clam, sed incassum attentārunt.

1586. R. P. Hundbeller in futurum providus villam emit in Alckofen, etsi non nisi unicum Sacerdotem habuerit secum, & duos FF. Clericos, sed majori futuro FF. numero prospiciebat *huc spectant quæ folio sequente leguntur.*

1703. Ecclesiæ multū ruinosæ fit reparatio: annō 1724. facta est renovatio. 1713. Ratisbonæ sæva pestis plures ex nostris PP. expositis brevi sustulit. Vicarium Parochiæ Cathedralis (cujus curam per plures annos agunt FF. Min. Conv.) tunc temporis cum omni laude, & incolumente, & se optimum pastorem exhibuit P. M. Carolus Wittum Villinganus.

1723. A Reverendissimo Consistorio statuitur, ut posthac P. Guardianus Consistorium adeat loco Parochialis Vicarii pro examine Ordinandorum, & Curandorum. Primus fuit, qui annō 1724. ordinatus est Ecclesiæ nostræ renovationem, P. M. Adrianus Meyer Villinganus, cuius indefessā operā, & larga eleemosyna ad 4500. fl. elegantissimè renovata stat Ecclesia. Inde Solemniū acta fuit Beatificatio B. Andreæ de Comitibus Ord. M. Conv. Sacerdotis de quo adest authentica Reliquia.

1726. In Ecclesia decorè exculta Conventus Beatificationem B. M. Hyacinthæ de Mariscottis, & R. P. Bruno Fiegenbach. Pœnitentiarius summi Templi 2das Primitias celebravit.

1728. Confraternitas S. Joannis Nepom. in Ecclesia nostra solenniter fuit instituta, in cuius honorem annua solennis Processio habetur per civitatem. De hoc S. Martyre approbata Reliquia hīc colitur.

1732. Domini Civitatis lapidem terminalem platearum nostrarum visitabant, protestante P. Guardiano, Damiano Bechler, Monachii causā cedebant. Cæterū hic Conventus Molendinō, vasīs, & Candelabris argenteis, librīs, organō novō, ac artificiose, piis fundationibus, ac Legatis augmentatur.

Anno 1633. Mense Novemb. Dux Bernardus Saxo-Weinmar post obsidionem Victor urbem ingressus mulctavit pecuniā Clerum ultra 60000. Thlr. ad quam summam Conventus noster contribuere debuit totam sacram suppellestilem Sacristiæ aurō, & argentō constantem, ad 1536. fl. æstimatam, in parata pecunia habita dedit 100. fl. Quibūs receptis Dux Weinmarus in Festo Immac. Concept. B. V. M. omnem Clerum, Religiosos, que urbe, & patriā exules ejecit, tribus tantum Franciscanis, & undō Dominicanō pro exercitio Catholicorum. P. M. Melchior Breitter Exprovincialis, & Guardianus, cum aliis Monasteriorum Superioribus coactus fuit aleā ludere pro suspendio. Episcopum verò Albertum cum tribus Ecclesiæ cathedralis Canonicis captivum abduci mandavit Heripolim. 1636. Die 28. Julii Illustrissimus Dominus Episcopus Albertus libertati restitutus convocato Clero, & Religiosis computavit mulctam pecuniariam Duci Weinmaro datam, comperit Monasterium nostrum ultra quotam ūam 600. florenorum, adhuc 1034. fl. dedisse, eosque nostro Conventui à Clero successivè restituendos esse mandavit.

## SARBURGUM.

### Dioecesis Metens.

### Custod. Alsatiæ.

Anno 1265. S. Bonaventura Generalis Ord. ad Clerum, & Magistratum datis litteris, Fratribus impetravit accessum, Domicilium, & Ecclesiam, quæ olim Parochialis, jam Conventualis.

1267. Monasterium suis sumptibus ædificavit, & fundavit Prænob. Dominus Godefridus à Castro, Sarburg. Patritius, postea ordinem professus, & 2dus hīc Guardianus.

1270. S. Bonaventura personaliter hue veniens, congregatis 100. Fratribus Provinciale Capitulum celebravit; ipsem ad Populum ē Cathedra peroravit.

1500.

1500. Circa sæculi hujus initium Confraternitas S. Sebastiani M. suum sumpsit initium, & hodiecum sub sæculi 3<sup>ti</sup> medium in Ecclesia nostra celebratur.

1528. PP. de Observantia hoc Monasterium, quod priorum temporum injuriâ aliquamdiu derelictum, denique recuperatum, ambiere, sed civium vigilantiâ sunt repulsi. Fuit autem hoc Monasterium denuo receptum operâ P. M. Provincialis Georgii Fischer ad Mandatum Serenissimi Ducis Lotharingiæ, Gubernatore civitatis, Claves proventus Monasterii, Magistratu sacram Ecclesiæ suppellectilem restituente.

1599. Bellò Suevicô Gallicô Lotharingicô Monasterium hoc funditus fuit destructum, documenta ablata, furtivè distracta, combusta: verbô, omnia periére sub Gubernatore Acatolico de Lüzelburg; quin ex collapse Ecclesia maximum acervum lapidum avehi, & ex illis suam Domum ædificari jussit. Ne proinde & Chorus noster corueret, commiseratione motus civis quidam, antea Judæus, baptizatus Ecclesiæ chorum adhuc stantem suis sumptibus fulcrum ex residuis lapidibus fieri curavit.

1623. Die 13. Martii Illustrissimus Dominus Episcopus Metensis excommunicationem in eos tulit, qui documenta, vel bona nostra retinent, & non quantocvus restituunt. Sed omnia incassum. Duo soli Conventuales PP. hic existentes, pro lucrando pane Vicariatum Ecclesiæ Parochiales objere.

1712. P. Gervasius Wimpff Guard. Monasteriolum, quod olim erat amplissimum, renovari fecit.

1717. P. Bernardus Barth. Navim Ecclesiæ è fundamentis excitavit.

1719. P. Simon Römer Lucernas Guard. multo tempore, de Conventu optimè meritus, ædificium incœptum consummavit, & finem vitæ imposuit, prævisa morte ad crucem ruralem extra pagum Nittingen procumbens, apoplexiâ tactus animam suam Salvatori reddidit.

1726. P. Candidus Görger alteram Monasterii partem ædificavit. 1746. Patres Conventuales ad requisitionem quorundam civium inferiores 6. Scholas docere incœpere.

## SCHOENAUGIA.

*Dioecesis Herip.*

*Custod. Bavariae.*

Anno 1699. Reformatus est hic locus, fœdè vastatus, & culturâ novâ meruit renomari Schönaugia. Celeberrimum hic olim fuit Cœnobium Nobilium Ord. Cisterciensis Virginum: nec nisi rudera quædam, nullius Cœnobii vestigia restabant. Hunc locum Reverendissimus, & Celsissimus Princeps, & Episcopus Herbipolensis Godefridus de Guttenberg Ordini nostro concessit. Loci possessionem anno præfato 11. April nomine Provinciæ solemniter captavit A. R. P. M. Antonius Hammer p. t. Guardianus Herbip. qui & cœdem anno electus est Provincialis, qui insigni sua dexteritate, ex collectis eleemosynis Ecclesiam reparavit, Monasterium ædificavit, organum nobile perfici jussit, ut is verè hujus Conventus dici, & haberij possit Fundator, & Restaurator. Multum postea suâ industriâ præstítit. P. Christianus Karbach de Herbipoli, pluribüs annis Schönaugia Superior, Superioratus titulô & officiô Conventus hic etiamnum regitur.

1710. Ecclesia sub titulo B. Mariae V. Immaculatæ fuit consecrata; in ea venerationi sunt exposita Ss. Martyrum Victorii & Antonini corpora, jam anno 1704. Herbipoli solennissimè huc translata.

## SOLODORUM.

*Dioecesis Laus.*

*Custod. Basileæ.*

Anno 1280. Fratres Min. facti bonus odor omni loco, Solodoranis acceptissimi, civium liberali hospitalitate suscepiti, mox optimum confidendi locum, & solum in Riedholz, & amplum habitandi spatium obtinuerunt. Mox duos Fratres germanos, Wilhelmum, & Nicolaum Leberlin, bono spiritu motos, ad Sac. Ordinem attraxerunt: Horum tota hereditate, Sororisque Mariæ largâ eleemosyna, Ecclesiæ, ac Monasterio ædificando impensa, cooperante civium beneficentiâ, ortus est octavus hic in Helvetia Conventus.

1299. 1. Ecclesia fuit consecrata à F. P. Min. Conv. Reverendissimo Joanne Episcopo Lacedem. Suffrag. Episcopi Lausannensis: dedicata honori B. V. Marie.

1418. Die 21 May Sabb. ante Ss. Trinit. Martinus V. Papa, electus Constantiæ anno superiore, Romanum redditurus, Solodori à Magistratu magnifice exceptus, hic triduō, in hoc Monasterio est diversatus.

1426. Ecclesia fuit reparata sumptibus potissimum duorum Prænob. Equitum de Reich, quorum alter nomine Petrus pro Christo reliquit omnia, pauper factus Minorita, possessione suâ integrâ Conventum ditavit; religiosâ vitâ suâ inter Beatos Provinciæ nostræ connumeratur; similiter foror ejus virgo Anna Reichin omnes suas possessiones, & largissimas opes Monasterio legatâ donavit.

*Collect. Script. Monast. Tom. VI.*

G g g

1493.

1493. In Festo trium Regum totum Monasterium conflagravit, collectis piorum eleemosynis eodem anno restauratum.

1530. Ecclesiam nostram, & Cathedram Lutheranismus aliquamdiu conspurcavit, civibus ex parte jam jam à Religione deficientibus. FF. Minores hæresi obnitentes à tumultuante populo fuere Monasterio, & urbe exturbati. Repurgata quidem Ecclesia, salvâ Religione Catholicâ, non nobis Domini, non nobis, sed Canonicis, ē Münsterthal exilibus, quadriennio possessionem concederunt, donec Delemontum commigrarint, ubi adhuc commorantur.

1540. Festo S. Annæ, percussa fulmine turris in Riedholz, quæ plena erat pulvere tormentario, nostrum Monasterium ad interitum concussum. Hujus anni die 9. Sept. primus iterum F. Conventualis P. Blasius Kern, curâ, & operâ P. Henrici Stolleyen Provincialis post 15. annos h̄c habitare cœpit.

1553. Monasterium à Magistratu reparatum, ferè totum Ambassadoris tunc factum est Domicilium, nostris in angulum prope compulsi.

1644. Excellentissimus Dominus Ambassador Monasterio, quod à potiori diruerat; aliam induxit formam, & ædificio novo speciem Palatii sacerularis, Fratribus nequicquam protestantibus.

1664. Denique P. Provincialis, Bonaventura Marius, & P. Guard. Ludovicus à Musis, postquam triennio abhinc inter P. Seraphinum Keysersberger, Provinciale, & Magistratum de proprietate Monasterii controversia agebatur gravissima (siquidem edificatum est, & fundatum à præmemoratis Fratribus Reich, & sorore Anna Reichen, nomine Provinciæ ad terminandas lites, amicabili transactione, Magistratui Solodorano locum hunc, tota cum area, ædificiis, limitibus, & annuo locationis censu, quem pendere solebat Dominus Ambassador, cum omni jure cesserunt. Magistratus in compensationem dedit numeratâ pecuniâ 3000. Coronatorum: Item pro novo Monasterio nonnulla materialia subministrari fecit; & concessit (aliâ jure suo municipaliter vetitum) quoddam extra urbem proedium, emptionis titulô possideri.

1664. 5. Nov. Monasterio novo positus est lapis fundamentalis à P. M. Eustachio Wili Exprovinciale, p. t. Guardiano, qui & curâ suâ totam fabricam direxit.

1641. Die 16. Junii. Ad instantiam Magistratus, & civium Solodorensium per Ministrum Provinciale Ludovicum à Musis, quædam particulæ Sacrarum Reliquiarum S. Valentini Ep. & Mart. cum consensu Congregationis diffinitorialis anno 1640. die 1. May Überlingæ celebratæ, fuerunt deportatæ Solodorum ad Ecclesiam nostram, ibique honorificè collocatæ pro majori Solodorensium devotione excitanda, & erectæ Sodalitatis ejusdem S. Valentini honore, & patrocinio.

1671. Institutum fuit studium Philosophicum etiam pro sacerularibus, quorum sexaginta circiter Lyceum nostrum frequentarunt, sed hoc studium translatum ad PP. Jesuitas anno 1717. Ex tunc Philosophiae studium hoc in Conventu desit, & cœpit Theologicum pro nostris speculativum. Et pro Cathedra scholastica conceditur FF. Minoribus Conv. Ecclesiastica Ss. Ursi, & Victoris.

1723. Capitulum Provinciale h̄c celebratum est, electo Provinciali P. M. Ferdinandio Meyer de Baldegg Lucern. alia quoque Capitula olim anno 1464. Item 1502. Convenientibus 160. Capitularibus; ubi receptæ constitutiones Alexandrinæ. 1631. celebre Capitulum, sub quo ē Sac. Reliquario Ss. Mart. Ursi, & Victoris pars nobilis dono data, insigni processione ex Ecclesia Canonica Parochiali ad Ecclesiam PP. Convent. fuit translata.

## SPIRA.

Diceces. Spirens.

Custod. Rheni.

Anno 1219. B. Cæsarius ex Italia venit Augustam, eodem anno Spiram, inde Argentinam. Spiræ in Patria Fratribus suis, favore Illustrissimi Domini Episcopi D. Conradi Baronis de Scharffenegg, ac DD. Canonorum Ecclesiæ Cathedralis, ubi concionator anteā fuit celeberrimus, Domicilium impetravit, ac FF. Minoribus B. F. Jordanum tanquam primum novi Conventus Guardianum reliquit. Porro F. Jordanus ex obedientia varia itinera suscepit, ex Valle Spoletana missus in Germaniam, Spiræ ad Sacerdotium promotus, Erphordie Domicilium Fratribus impetravit, inde abeuntes ipse ac alii 7ptem Isenaci, Gothæ, Northemii, Müllhusii, domicilia ædificarunt, postea F. Jordanus Afsium invisit. Redux destinatus fuit Magdeburgum, ubi sanctissimè obiit.

Anno 1223. Monasterium cœpit ædificari ope Illustrissimi Domini Beringeri Baronis de Ettingen Episcopi Spirensis, consumatum intra septennium ex bonis hæreditariis amplissimis P. Colini, qui Spiræ, mundo, ordini, cœlo, natus, beatus, virtutibus, & miraculis celebratus, in Conventu nativo Guardianus, Custos Rheni, Provincialis Ordine 2dus obiit 1258.

Anno

Anno 1227. B. F. Julianus Spirensis cum B. F. Simone Anglico Normannia Custode, tum instituto Germaniae Ministro, venit ad hunc Conventum Spirensem, in quo comoratus fuit, vir insignis pietatis, & sanctitatis admirandae, Seraphicæ Religionis nostræ eximum decus, & ornamentum urbis Spirensis, utpote Patriæ sue, sydus lucidissimum: quippe qui miro virtutum, & sanctitatis splendore, & populo, & clero prælucebat; is erat excellentissimus Musicus, atque ante ordinis ingressum capellæ Magister, apud Christianissimum Regem Gallorum Philippum, omnibusque Aulæ Regiæ Symphoniacis Præfectus composuit cantum choralem ordinis. Multos libros ut Lector Parisiis edidit, ubi etiam obiit plenus diebus, & meritis anno 1285. Miraculis clarus, de eo scribit Pisanus.

Anno 1239. Die 1. Aprilis B. F. Cæsarius I. ab ipso S. P. N. Francisco, institutus Teutoniæ Minister sanctissimè obiit in Italia carceri mancipatus, & pro Religione Seraphica trucidatus.

Anno 1245. Die 30. Junii ad cœlestem Patriam migravit P. Guardianus Spirensis F. Joannes vir sanctitate clarissimus oriundus in Germania in oppido Stennical, Moguntiæ enutritus, & litteris imbutus, ac ibidem Ecclesiæ cathedralis ad S. Petrum Canonicus. Deinde zelò Spiritus S. accensus, posthabitî mundi illecebris fac. Religionem Seraphicam professus est. Egerat is semper aspirante Dei gratia vitam valde piam, devotam, castam, & ad perfectionem Evangelicam omnibus viribus intendens, omnibus honoribus, deliciis, & dignitatibus, quæ ei Seraphicæ Familiae jam adscripto ab Episcopis, & Principibus ultrò offerebantur, sola paupertate, & sui contemptu gloriabatur, & omnium virtutum genere. ac gratiarum donis tantoperè in dies augebatur, ut & Deo, & hominibus esset dilectus. Puella bey Bruchfall prope Spiram aqua suffocata, votô à parentibus ejus emissa, & ad beati hujus tumulum in Ecclesiam nostram deportata, vita, & sanitati restituta fuit: 18. contractos miraculosè sanavit, duos cæcos illuminavit, paralyticos duos curavit, & plurima quæque alia patravit miracula. In ejus obitu, & exequiis lampas quædam super ejus tumulum pendula, ab Angelis fuit accensa, quæ decem, & octo viciibus extincta, semper iterum miraculosè sine hominum ministerio accensa fuit. De eo scribit Pisanus. Wadding.

1254. Altare in honorem Ss. Joan. Baptistæ, & Evangelistæ Reverendissimus Dominus F. Henricus Episcopus Campensis Suffragan. Spirensis Spiræ professus, consecravit.

1258. Die 5. Decemb. obiit F. P. Colinus communi hominum opinione beatus, Minister Provincialis 2. Miraculis clarus.

1328. Ultra annum in hoc Conventu degebat F. P. Guilielmus Ockam, per antonomasiā dictus venerabilis Incoceptor, qui plures conscripsit libros, & multa præclara volubila, ac etiam istud de paupertate Christi, & Apostolorum; deinde se contulit Monachium ad Imperatorem Ludovicum Bavaram, & Ministrum Generalem Michaëlem de Cæsena.

1418. Die 1. Julii cives periculoſo, & intestino Bello contra clerum tumultuarunt Ecclesiam S. Germani invaserunt, publicas, privatasque cleri ædiculas depopulati sunt, ac solo æquarunt, ut totus clerus omnia sua relinquere, & urbem declinare compulſus fuerit, sparsim in castella, & oppida Episcopalia configuiens, solis FF. Conventualibus, & Dominicanis in urbe remanentibus.

1552. Die 20. Decembri. Hispani milites nostrum occupantes Monasterium potiori ex parte illud militari insolentiâ & rabie diruerunt, atque omnia fuerunt deprædati, inter quos quam plurimi fuerant commixti milites Germani Lutheranismò fœdati, à quibus P. Guardianus Sebastianus Eck plurima primitus ludibria propter Deum, & sacram Religionem perpeſsus, ac deterrimis carceribus mancipatus, deinde propter publicam Christi, ac orthodoxæ fidei Confessionem verberibus, ac fustibus cæſus, sanguine effuso, & morte in conspectu Domini pretiosa, illustria de hostibus Ecclesiæ reportavit trophyæ. ibidem sepultus.

1556. Deficientibus à Religione Catholica civibus, Monasterium nostrum, quod jam antea Religiosis destitutum, pestilentia grassante, adeò ad incitas facit redactum, Lutherismo prædominante, ut cùm olim alendis 60. Fratribus bona, & proventus abundant, vix duobus dehinc sufficerent.

1580. Cùm soli duo FF. longo tempore Monasterium incolerent, Marquardus de Habstein Episcopus Spirensis, etiamque Magistratus illud sibi coēmere oppido contendebant, ut ruinosum repararent, & vel pro Gymnasio Jesuitarum, vel pro scholis Lutheranorum adaptarent: neutrum (Deo fint Laudes) actum est.

1598. Respirare Conventuales, & reflorescere cœpit Conventus, Guardianum hic agente Exprovinciali P. Laurentio Brueder. P. R. D. Rutgerus Edingius Colonensis, Cathedra: Ecclesiæ Spirensis Præbendarius prædives, pia liberalitate subvenit, ruinatum

Ecclesiæ nostræ, tum Monasterii, ut brevè plures Religiosi congruè hīc degere, divina peragere, & sustentare potuerint.

1689. Dum Gallus urbem incendiis vastavit, unâ Monasterium nostrum conflagravit; successu temporis reædificatum, & necessitati accommodatum, idque potissimum industriâ R. P. Friderici Zörn Wormaciensis, professione Spirensis; qui hic Guardianus, ac Jubilæus 1713. obiit, & abiit in Cœlum, relinquens Fratribus commodum Spiræ Domicilium. Sub Guardianatu P. Kiliani Seubert, & P. M. Laurentio Fischer maiores tractus Monasterii ædificati sunt.

Anno 1732. Huc destinatus Guardianus P. M. Adrianus Meyer, primus præ aliis Religiosis, & Canonicis Spirensibus, Ecclesiam resuscitavit è ruderibus, & Gallô Vulcani cineribus, ope divina, zelantis industriâ pro domo Dei, & beneficentiâ Fidelium, maxime Reverendissimorum, & Gratosorum DD. summi Templi Canonicorum.

1735. Die 10. Junii nova Ecclesia ad B. V. M. assumptam fuit solenniter consecrata à Reverendissimo Gratiissimo Domino Petro Cornelio de Begweg. Suffraganeo Spirensi. Capitula hīc sunt celebrata Nro. 21.

## THANNÆ.

*Diaeces. Basil.*

*Custod. Alsatiae.*

Anno 1297. Patronò S. Jacobo Majore, FF. Minores locum attigere Thannarum, ubi extra civitatis portam Illustrissimus Dominus Theobaldus Comes de Pfirt aream ædificando Monasterio gratosè donavit; diebus suis denique completis in Choro Ecclesiæ ad Altare sepultus.

1342. Illustrissimus Dominus Comes de Pfirt, Basileæ defunctus, Thannis apud Conventuales quoque sepultus. Filia hujus Joanna hōc anno nupta Rudolpho III. Archiduci Austriae liberaliter 200. Marcas argenti legavit.

1361. Rudolphus IV. præfati III. & Joannæ filius Archidux Austriae anniversarium fundavit pensione annua 160. viertel Dünckel von Zillisheim, & censu pecuniario 200. Pfund. Fundationem hanc Archiduces Leopoldus, & Albertus postea confirmarunt. Conventus hic antiquitus vocabatur nobilis, quia Fratres plurimi Alsatae nobiles erant affiliati, quorum patrimonii monasterium fundabatur, augmentabatur.

1404. Conflagratione Monasterium incineratum, brevè quidem fuit resuscitatum: At verò anno 1511. totum unâ cum Choro Ecclesiæ horribili incendiō abiit in cineres, & 3tiō revolutō sæculō, graviori dispendiō periit.

1529. Mülhusianis Religionem Catholicam abjurantibūs, ultimus hīc Guardianus fuit P. Joannes Habermann, horrendas à civibus infestations ad extrema passus; denique cum suis Monasterio, & urbe extrusus, Thannas documenta clam secum deportavit; quò & Bona, proventus, & censu Mülhusiani Conventus jure optimo translata, & incorporata sunt. Quod & Illustrissimus Dominus Legatus Pont. Clementis VII. ad requisitionem Capituli Provincialis Brifac. approbavit; & anno 1533. Carolus V. Imp. Spiræ confirmavit; Mülhusianis quidem fortiter obſistentibūs.

1538. Die 26. May memoratus Ven. ac hominum famâ B. P. Joannes Habermann, cuius memoria sit in Benedictione, propter persecutions fidei causâ constanti, ac patienti animo toleratas pro Deo, & curas pro bono Fratrum, Thannis vocatus est ad mercedem, & requiem aeternam.

1589. In Conventu hoc ob angusta tempora non nisi 3. Sacerdotes, 1. F. Clericus & 3. Novitii morabantur.

1609. 3tiō jam, & luētuosò incendiō Ecclesia tota cum Monasterio, ædificiis, omnibus documentis, & suppelæctili, flammâ inextinguibili combusta in cineres abiit: trienniō ex meris eleemosynis resuscitata; anno 1613. consecrata.

1628. Ingruente peste instituta est S. Sebastiani M. Confraternitas, in Ecclesia nostra celebris. In hac etiam colitur à Christi fidelibus Caput S. Justinæ V. & M. & ab anno 1737. erecta floret Congregatio sub titulo B. V. M. sine labe conceptæ.

1629. P. Melchior Textor, Solodoranus, eximius cultor B. M. V. 15. Dec. die 8va Immaculæ Conceptionis, quâ se moriturum prædictit, sanctissimè obiit, ut vixit.

1658. Die 16. May P. Eucharius Steinmüller Guard. sanctitatis etiam famâ Thannis deceſſit.

Præteritò Sæculò ejusdem mediò, Sacerdotum penuriâ Vallem S. Amarini amplissimam, in 4. Parochias divisam, unicus Pater Conventualis Athanasius Wild administravit. Et moderno Tempore Parochiam Vetero Thannis PP. Conventuales administrant. Et ab anno 1699. humaniorum litterarum scholis operam indefessam navant.

1721. Monasterium cœpit ædificari novum sub Guardiano R. P. Malachia Tschamfer.

1737.

## PROVINCIAE ARGENTINENSIS. 211

1737. Hic ipse 5ta jam vice Guardianus nativi Conventus longè meritissimus Ecclesiam quoque curavit restaurari, & intra triennium complevit, novis etiam Altaribus, cathedrā &c. è Gypso marmoratis decorata fuit.

### UBERLINGA.

*Dioeces. Constant.*

*Custod. Lachis.*

Annō 1300. Perillustris, ac devotissima Elisabetha de Königseck nata de Hohenfels, sat amplam, sufficientemque aedificationi donando aream, & alia ad constructionem necessaria benignè suppeditando, tum Ecclesie, tum Monasterii prima fundamenta jecit; unde & jure merito primaria hujus Conventus Fundatrix habet.

Annō 1313. Die 8. Junii in Domino defuncta est, quam PP. Conventuales juxta Altare S. P. N. Francisci honorifice sepelierunt.

1348. Ecclesia B. M. V. Immaculatae dedicata, à F. P. Conventuali Reverendissimo Joanne Episcopo Bellinensi Suffraganeo Episcopi Constant. fuit consecrata.

1466. Chorum & Cœmeterium consecravit Reverendissimus Dominus P. Thomas Episcopus Agathopolitanus.

1611. Laborantibus peste in Conventu, & sublato per eam P. Guardianus res langebat. Ipse proin Magistratus, ut Conventui substituendis novis Religiosis consulatur, instanter, & ferè frusta ob defectum personarum supplicavit.

1653. Magistratus intendebat Collegium, & Gymnasium Jesuitarum instituere. Quod animadversi cœperunt nostri FF. Min. se applicare studiis, & docere juventutem.

1696. Congregatio B. V. M. Immaculatae solemniter fuit instituta.

1700. Factum est initium novi ædificii totius Monasterii, quod 1709. completum, Quem profectum in acceptis Conventus referat duobus RR. PP. Guardianis, patria Offenbourg. Hyacintho Pfister, qui & Provincialis, ac Sigismundo Hug.

1735. Capella supra lapideam Crucifixi memorialem Imaginem construta est, & consecrata per Reverendissimum Dominum à Sirgenstein Suffrag. Constant. subitus crypta mortualis pro FF. sepultura, cui & Provincialis actualis P. M. Adrianus Meyer 2 May 1737. fuit illatus, quadriduo ante convocationem hic celebrandam piissimè defunctus. Annō 1753. Ecclesia lapsu temporis ruinosa plurimū fuit reparata, & nova forma, ac firmitas introducta; atque picturis organo &c. condecorata.

Capitula hīc celebrata Nro. 24.

### VILLINGA.

*Dioeces. Const.*

*Custod. Lachis.*

Annō 1250. FF. Minores, datis ad Vicarium Provinciæ P. Albertum pium litteris, ab Illustrissimis Comitibus de Fürstenberg humanissime postulabantur.

1268. Litteræ Fundationis expeditæ sunt ab Illustrissimo Domino Comite Henrico, & Domina Agnete Conjuge confirmata omnia. 1497. à Maximiliano Rom. Rege, Archiduce Austriæ, 1594. à Rudolpho II. Imperatore. Primus Guardianus fuit F. Henricus L. B. de Friburg..

1475. Confraternitas S. Sebastiani M. in hac S. Crucis Ecclesia instituta fuit; annō 1491. ab Innocentio VIII. confirmata, & à Clemente VIII. indulgentiis plenariis dictata.

1487. P. Conradus de Bondorff, postea Provincialis, Monasterium sui Conventus à potiori restauravit.

1489. Sanctè diem suum clausit ultimum F. P. Joannes Zimmermann hīc professus, postquam vitæ centum & quinque annos numerasset.

1493. ac 1519. Omnes Fratres peste sunt sublati.

1630. Die 19. Nov. Carolus V. Imperator hoc in Conventu diversatus omnia ejusdem privilegia, & immunitates confirmavit per Diploma Cæsareum. Datum Augustæ. Quod etiam fecit Imperator Ferdinandus 2dus. Datum Ratisbonæ 1623. die 11. Martii. Conventui obvenerunt Bona sequentia. 1. Fons sacer in Territorio Schramberg, Capella B. V. M. miraculis clara, quam cum prædiis, agris, pomariis, silvis, &c. testamento legavit Illustrissima Domina Comitissa de Rechberg. Sed bellorum injuriâ bona hæc omnia distracta, & vendita per syndicos ad Dominum. Territoriale sunt devoluta. 2do. Sacellum S. Auberti Deislingæ unâ cum prædiis; quod profligatis inde fororibus anno 1500. bellò rusticando, & 1523. invalecente Lutherismo derelictum Rottwillanus Magistratus in suam possessionem assumpsit, ac denuò restituit, annō 1629. 3tiò Inclusorum ad S. Germanum, extra civitatem, fororibus profligatis, tumultu obsidionis Würtenbergicæ, præter memorati S. Episcopi sacr. Reliquias, quedam bona temporalia hæreditarunt.

*Collect. Script. Monast. Tom. VI.*

H h h

1633



1633. Suecis urbem obsidentibus P. Ludovicus Kuglert, dictus postea à Musis suā operā, monitis, ac precibū civitatem sibi demeruit. P. Jacobus Vigel Friburg. Helv. 8. April globō trajectus in Cella sua, animam egit. 1650. Studia per inferiorum Classes ad instantiam civium, & Magistratū instituta sunt. Universitatis Friburgensis Professoribus Villingae subsistentibus, B. Fidelis Sigmaringus Capucinus, adhuc sacerularis tunc, in Monasterio Conventualium Doctor Juris creatus est.

1655. Die 12. May allatae sunt Romā, donatae P. M. Ludovico à Musis, sacre Reliquiae S. Leontii Mart. quas F. L. Josephus Müller de Wertenstein Romæ procuravit.

1703. Successore Holpitibus, Cæsarcanis militibus, hostes, Bavari, & Galli: Horum duo Mareschalli hōc anno Generalis Dominus Villard, sequenti anno Generaliis Tallard civitatem impetrivere.

1704. In Julio à Marte Tallardico civitas op̄at non expugnata fuit: at verò Monasterium nostrum à fronte petitus, ad fundum ferè tormentis corruīt.

1705. E ruina excitari cœpit, & quinquenniō ē fundo ad fastigium exsurrexit, idque Deo Ædili Supremo, qui destruit, & ædificat. Animum huic operi applicavit P. M. Adrianus Funck Carlidianus Franco p. t. Guardianus, cuius industria Dominorum beneficentiā, civium ac vicinorum etiam Lutheranorum auxiliō, Benefactorum eleemosynā, in specie 1500. fl. ē Cassa Austrica reædificatum est. Ecclesia, quaē anno 1711. restaurari cœpit. 1715. est perfecta, quinque in ea Altaria per Reverendissimum Dominum Geist, Suffraganeum Constant. duo per Reverendissimum Dominum à Sirgenstein fuerunt consecrata. Anno 1711. Philosophia sacerularibus tradi cœpit pro salario, quod solvit Magistratus.

Capitula hic celebrata 23. annis.

## WERDENSTEIN.

*Dioeces. Constant.*

*Custod. Basileæ.*

Anno 1500. In Rotenburgensi Comitatu Ditionis Lucernensis ad fluvium Emmam, collis quidam abruptus in auras attollitur, Wertenstein dictus, hoc suum nomen trahens à quadam collapso Castello Baronum de Wertenstein. Ad collis radicem juxta fluvium Emmam Be'ga quidam opere laborioso, & quotidiano aarenas auri, cuius hoc flumen ferax est, dum ab inutili fabulo secerneret, & ablueret, aliquando intempesta nocte oppressus ibi pernoctare coactus est. Qui eadem ipsa nocte, & postea sapientius Angelicam Symphoniam, & m̄rum splendorem persensit circa quandam imagunculam B. V. M. ē pinu quadam pendulam. Ubi prodigium hoc fama distulit, continuò devoti populi studium ad frequentandum hunc locum exivit, sequentibus pluribū signis, & miraculis.

1518. Populus itaque miraculorum publica voce commotus, Magistratum Lucernensem adit, facelli sibi copiam construendi fieri rogat, & favente causā protinus impletat; Sacellum hic extructum; 1520. consecratum; continuis miraculis illustratum, successu temporis ad ampliora movit Lucernensem Magistratum.

1528. Imago B. V. Matris dolorosæ, ē Ditione Bernensi à loco, qui dicitur Fribach, ubi piè colebatur, ne in ejus Cantonis defectione profanaretur, à piis Catholicis huc deportata, magnæ venerationi, ac fidelium devotioni, Arae imposita extat hodiedum.

1610. Templum novum loco Sacelli exædificatum: 1616. consecratum; 1621. Sacella duo, ante valvas Ecclesiæ, ab utroque latere extructa, & ara media pariter consecrata.

1630. Templum hoc, & locum sacrum Illustrissimus Senatus Lucernensis, Ordini nostro, Provinciæ Argentinensi, ac P. M. Provinciali Ludovico à Musis demississimo Solicitatori gratiōe donavit.

1631. Die 25. May Illustrissimus D. Ranucius, Comes, Scotus, Nuntius Apostolicus magna cum solemnitate primum, & angularem lapidem posuit novo Monasterio, quod 4tō pōst annō perfectum habitari cœpit. Primus Guardianus fuit P. Germanus Wetzstein, antea Parochus in Entlibuch, primusque hujus Conventus Wertensteenis filius, qui ad Monasterii structuram 1000. fl. & ad Mensam Fratrum totidem donavit.

1650. Romā duo Sacra Martyrum Corpora, S. Euprepitis, & S. Fortunati sunt allata, operā P. M. Christophori Vogel Guardiani, & Exprovincialis, insigni solemnitate, & pompā Lucernā in Werdenstein translata, à summa sede sacro huic loco plura privilegia successu temporis obvenerunt.

1660. Die 7. April pūssimè obiit R. P. Simplicianus à Banck olim Sacerdos sacerularis, & Parochus in Fraxeren, videns incineratum nostrum Monasterium Montis S. Victoris, misericordiā motus, omnem suam substantiam huic dictō loco consecravit, & humilis effectus F. Minor Conventualis. Vir ut verè sanctus erat, ita ab omnibus talis concelebrabatur, orationum, & meditationum affiduitati addictissimus sibi in mortificationibus, Regulæ,

Regulæ, ac constitutionum observantia rigidissimus, singulari præditus erat gratiâ maleficos, & energumenos exorizandi, è quorum facili negotio quoscunq; nefarios Spiritus nunquam non statim exturbavit, adeò, ut undique ejusmodi miseri homines ad eum, ut potè hominem sanctum, deportarentur, quos ille confessim fusis ad Deum, & B. V. Mariam precib; liberos, & sanos dimisit cum benedictione, ac moribundos, variisque lanquoribus oppressos sanitati restituit. Famosus circumquaque dicebatur vermium occisor, effectu prorsus mirabili, cum varié populi virtutem ejus contra vermium Bruchorum colluviem prata sataque depascentium deprædicarent; quidquid enim ille benedixerat, benedictioni celesti, & abundanti replebatur. Cæterum vir erat suo nomini haud absimilis, bonus, simplex, & simplicianus, conversatione multum amabilis, nemo ab eo tristis, nemo non consolatus recedebat, in privatis colloquiis religiosè, & modestè facetus, ut vel sic prudenter suam sanitatem ab estimatione vulgi occultaret, & inanis gloriae redderet immunem, ne ei appetitus laudis subrepereret, & quod foris ostendebatur, intus à mercede evanesceret. Tandem omnium opinione beatus, & variis suæ sanctitatis præcedentibus signis, communi vicinorum luctu, & ingente hominum concursu sepelitur.

Conventus hic numerô Fratrum, & piis legatis fuit augmentatus. Capitula hic celebrata annis quatuor.

### §. VI.

## CONVENTUS CLARISSARUM PARADYSUS.

*Dioecesis Conf.*

*Custod. Lachis*

Annô 1232. Gynæcum nobile translatum de Paradiso in Paradysum, è Constantiensi nempe Virgines nobiles domicilium, loco relicto, nomine retentâ, transferebant eò, ubi remotores à familiis suis, quietius Deo vacarent: ubi & Regulam S. Clarae profitentes, initium fecrè Paradysiaco supra Schaffusium situ Monasterio, cuius Ecclesia sub præsidio S. Michaëlis confisit.

1240 Hartmannus Comes de Kyburg pagum Schwarza dictum, postea rusticò bellò vastatum, & jus Patronatûs illius Ecclesie ad S. Petrum dictæ, & plurima bona, prædia &c. cum omni Dominio, jurisdicione &c. liberalissimè attribuit.

1272. Vineæ vicinæ cum torculari: 1311. decimæ opulentæ in Schlatt, aliæque coemptæ incrementum dedcre. Ita locupletatum est, tñd jam sœculo, Monasterium hoc agris, vineis, pratis, sylvis, pascuis, piscinis, variisque prædiis, decimis, censib; multisque proventib; ut verè Paradysus nominaretur. Adhac Pontificia largitate 1254. Alexander IV. Hartmanni fundationem confirmavit; Clarißas omnium gratiarum, immunitatum, privilegiorum, Ordinis Minorum participes declaravit.

1279. Nicolaus III. omnes redditus, & proventus Ecclesiæ Parochialis ad S. Petrum, Monasterio incorporavit.

1292. Nicolaus IV. exemptum fecit ab omnibus steuris, tributis, exactionib; &c.  
1296. Bonifacius VIII. Idem; & alii plura concessere privilegia.

1474. Fridericus IV. Imp. omnes earum jurisdictiones, Immunitates, & privilegia confirmavit.

1533. Schaffusiani à vera fide alieni Monasterium expoliatum sui juris fecrè.

1550. Una sola superfltes Ven. Domina Afra Blankin, fidelis usque ad mortem permansit, in valle S. Catharina Sacra frequentans, in proprio Monasterio perficit, mortua, & ab ipsis Accatholicis hic sepulta

1578. Post annos plus 40. recuperatum hoc Monasterium cum 3tia parte proveniuum, Catholici 6. Cantones, Ordini, ac Provinciæ rursus, & ulro restituerunt, Ad vocatiæ sibi reservato jure. P. M. Provincialis Jodocus Schüssler acceptator restituti, Monasterii, vitam hinc regularem per Moniales Villinganas restituit.

1587. Monasterium incendiò vastatum P. Rochus Nachbaur Guard, Lucernæ rediscavit. Confessarius earum est P. Minorita Conventualis.

## RATISBONA.

*Dioecesis Ratisbon.*

*Custod. Bavariae*

Annô 1250. Nobilis in civitate peccatrix, se abdidit pœnitentiae causâ, quod & aliæ consimiles associate, 3tiam Regulam S. P. Francisci de Pœnitentia suscepserunt. Religiosæ ex tunc Sorores, sub instructione FF. Min. brevi tempore, prout virtuosissimo vita genere, ita numerô personarum, etiamque nobilium, & temporalib; bonis profecerunt.

1286. Die 1. Aug. Regulam S. Claræ, cujus nomine ex tunc Monasterium appellari cœpit, solemniter in manus P. M. Provincialis professæ fuit, & perpetuam Claustram. Abbatissa prima fuit V. Domina Adeleidis de Rohrmannskirch, omnium opinione Beata, annò 1313. mortua. Ex eo tempore specialib[us] Privilegiis hoc Monasterium Summi Pontifices cumularunt. S. Albertus M. Episcopus Ratisbonensis, Serenissimi Domini Otto, & Stephanus duo Fratres, Comites Palat. Rheni, Duces utriusque Bavariae. Otto Rex Hungarorum, & ejus Frater Stephanus Palat. Rheni, Duces utriusque Bavariae, Principes, & alii multis id prædis, villis &c locupletarunt. Ab anno 1580. usque ad annum 1592. hoc Monasterium magna sub Ecclipsi stetit, dum variæ adversariæ partes assurrexerent. Quibus devictis Monasterium jurisdictioni ordinariæ Ministri Provincialis nostri, ut antè, restitutum fuit solennissimè. Anno 1733. Ecclesia noviter, & decorè ædificata, quæ sub Titulo S. Magdalena consitit, in qua Ss. sanguinis Guttulæ aliquæ ex flagellatione Christi Domini, uti etiam Sac. Corpus S. Polyæni M. Juvenis Romani piissimè asservantur. Confessarius est P. Minorita Conventualis.

## VALDUNA.

*Dioeces. Curenſi.**Custod. Lacūs.*

Anno 1391. Illustrissimus Dominus Rudolphus Comes de Montfort conditum trienniō abhinc Eremitorium ab introducto anteà Eremita brevi relictum, donavit P. Provinciali P. M. Marquando de Lindavia, qui tres Tertiarias è Silva Grimmenstein huc deduxit. Cum 1394. cum jam sex centum forores, voverunt Claustram, & Regulam S.P.N. Francisci. 1398. Consecrata fuit Ecclesia in honorem Ss. Apostolorum Petri, & Pauli, à Reverendissimo Episcopo Curiensi Theodorico Ord. Min. Convent.

1412. E, numerō 50. Sororibus, viginti tres intra duos Menes pestilentia sunt sublatæ.

1442. Aliæ successu temporis hic introducta, Regulam S. Claræ Bonifacio IX. approbante, sub P. M. Jodoco Langenberger Provinciali uâ simul sunt professæ.

1446. A Serenissimo Archiduce Austriae jus Patronatus Parochialis Ecclesiæ an der Eckl Silvæ Brigantinæ. A Serenissimo Archiduce Leopoldo post in pugna Sempach cæso, decimas in Ranckwyl; ab aliis alia bona, beneficia & privilegia obtinuerent.

1480. E Monasterio & Conventu suo dederent Villingano Abbatissam 1mam B. Ursulam Heiderin. 1577. Wittichiensi Magdalena Schirmin: 1580. Spirensi Annam Frichin: 1581. Ratisbonensi, & postea Spirensi Annam Bakin, & Barbaram Gavin, omnes Abbatis aliasque suò è gremiò Sorores, optimas, religiosas. Conscientias eorum unus Pater Conventualis Franciscanus ut Confessarius, & Instructor Spiritualis, moderatur.

## SPIRA.

*Dioeces. Spirensi.**Custod. Rheni.*

Anno 1222. B. Cæsarii hortatu, consilio, & instructione, virgines quædam in oppido Lambshiem, distante 4. horis Spiræ, institutum S. Claræ; in Germania proin primæ acceptarunt.

1230. Spiram invitatae à civibus, eorum liberalitate, ac nobilium in vicino piarum Matronarum novo hic ipsis constructo cœnobio, huc commigrarunt.

1480. Reverendissimus D. P. Joannes Conventus Spirensis Episcopus Termopolitanus Suffraganeus Spirensis Ecclesiam consecravit.

1481. Moniales aliæ octo, nullius certæ regulæ, ex pago Abersheim, 7. horis inde dissita Clarissis Spirensibus, professione, & bonorum collatione se consociarunt.

1546. Monasterium cum omni supellestili; documentis, rebùsque pretiosis, luctuosò incendiò fuit incineratum; propriis mediis reædificatum.

1551. Magistratus illud sibi usurpare, & Moniales aliò transferre attentavit, indubiè jam tunc Lutherizavit; eventus manifestavit.

1556. Cives Lutherismò depravati, Monasterium hoc, ejusque Abbatissam D. Apolloniam Frölichin 22. annis laudabilissimè officio suo functam valde affixerunt, ut saturata ærumnis, anno sequenti, beata morte ad gaudia cœli transierit.

1575. Unica superstite Moniali, Magistratus omnia sustulit documenta, litteras, sigillum, clinodias, claves: & Monasterii possessionem usurpavit.

1580. P. Provincialis Jodocus Schüssler è Monasterio Valdunensi D. Annam Frichin cum Socia huc destinavit, ut Abbatissam, quæ Sexenniò meritorie officio functa est.

1589. P. Provincialis Joannes Kircher, etiam è Valdunensibus, Annam Bekin, quæ antea Ratisbonæ Abbatissa, sub hoc eodem titulo, & officio hic instituit.

1593.

1593. Abbatissa Barbara Gavin Monasterium ædificio, & regulari disciplinâ restauravit. Et hæc ipsa fuit una de Valdunensibus Annæ Bechin Socia, & resignatæ post quadriennium in officio subsecuta.

1622. V. Soror Barbara Räppin de Beitingen, servitialis turbâ Ss. Virginum sibi apparente, hilari vultu mortem atpexit, & exspiravit. Die 23. Pebr.

1643. Domina Maria Agnes de Rothenstein 20. annis Abbatissa, die 7. May sanctissimè obiit.

Confessarius est Pater Min. Conventualis.

## VILLINGA.

*Diœces Constant.*

*Custod. Lacus.*

Anno 1278. Collegialis vitæ fecerunt initium, in ægrotorum obsequium, & d. functorum, Sorores, vulgo dictæ die Seelen Schwestern, assumptâ 3tiâ S. Francisci Regulâ.

1450. Exiguum hoc Collegium penè perit injuriâ temporum: Annô 1480. in perfetius mutatum operâ P. Provincialis Henrici Karrer, qui dispensatione Sixti IV. Summi Pontificis; concessione, Serenissimi Sigismundi Archiducis Austræ; consensu Dominorum civitatis Villinganae, Valdunâ novem huc deduxit Moniales, primariam, quæ & Valdunæ tunc fuit, & hic futura erat Abbatissa, beatam, opinione hominum, Ursulam Heiderin, quæ hic annis 18. laudabilissimè præfuit, & sanctissimè obiit anno 1498. 20 Jan. etat. 85. cujus defossa in peristylo ossa, quando novum ædificare Monasterium paraverunt, in Ecclesiam transtulerunt, & secus Altare S. Antonii Paduani, intra parietem 10. Martii 1702. præsente P. M. Provinciale recondiderunt.

1686. Clarissæ Villinganae ex suo peristylo transtulerunt venerationis, & devotionis gratiâ ad suam Ecclesiam Imaginem seu Statuam Christi Domini vulgo: Ecce homo! quæ statim pluribûs, & celeberrimis cœpit coruscare beneficiis, usque in hodernum diem præsertim circa energumenos liberandos. Porro Ecclesia in honorem Ss. Trinitatis est erecta, ac dedicata. 1701. Monasterium fuit ædificatum de novo. Confessarius est P. Min. Conventualis.

## WITTICHIUM.

*Diœces. Constant.*

*Custod. Lacus.*

Anno 1324. Soror Leutgardis, quæ pia fama Beatam divulgat, tertiam Regulam S. P. Francisci professa zu Alten-Wolffach, divinâ inspiratione, & variis apparitionibûs, præventa, Monasterium Wolffacenle reliquit, novum hoc Wittichenense ex eleemosynis extruxit. Dum ædificium cœpit, solum quinque obulos habuit, ex jussu tamen Christi Domini ei sœpius apparentis ædificium inchoasse dicitur.

Annô 1325. die 18. Octobris adduxit V. Soror Leutgardis ex Religiosa domo Wolf facensi omnes Sorores numerò 34. ad novum Monasteriolum Wittichenense, ubi sanctissimam & pauperrimam traduxerunt vitam.

Annô 1325. die 11. Novemb. in Festo S. Martini, dum Sorores aliquamdiu omni carent alimento, & penè inediâ conficerentur, miraculosè, & divinitus ab iuso Christo Domino adeo fuerunt confortatae, & refectæ, ut omnes Spiritu S. replete in divinas laudes prorumperent, cantarent, & exilirent, non aliter ac Ss. Apostoli in Festo Pentecottes. De cætero frequenter eis apparuit Christus Dominus, & familiariter cum eis conversabatur.

1327. Loco Monasterioli per ignem consumpti, novum extrui fecit Agnes Filla Imp. Alberti 1mi Regina Hung. Clarissa Königfeldæ. Brevi accessere plurima solitario loco temporalia bona, & Ecclesiastica; Jus Patronatus Ecclesiae in Rossberg à Georgio Comite de Veldenz, & Walthero Comite de Geroldsegg anno 1331. in Schenkenzell. 1347. in Weittingen. Hoc anno die 16. Octobris sanctissimè obiit V. Soror Leutgardis, postquam 20. annis in Wolffach, & 25. annis in Wittichen admirabili sanctitate præxit, attigit ætatis suæ annum 57. sepulta fuit in Ecclesia Wittichii.

1352. Jus Patronatus in Hoch-Mössingen à Domina Anna Truggesslin de Rohrdorff. 1357. in Hirlingen cum Decimis in Fromenhausen à Dom. Hermanno de Auw fuere collata.

1376. Gregorius XI. declarat Magistrum Witichenensem imposterum esse appellandum Abbatissam, & ut alantur 50. Moniales, perpetuò subsint visitationi FF. Min. Conv. sint participes bonorum operum, & Privilegiorum Ordinis.

1394. Bonifacius IX. declarat Wittichenenses Moniales immediatè esse subjectas Sacrae Sedi Apostolice à Bonifacio IX. Regulam S. Clarae acceperunt; Conventualium jurisdictioni denudò submissæ.

1407. Ab Imperatoribus, Sigismundo 1473. Friderico IV. 1500. Maximiliano I. Privilegia multa sunt consecutæ.

1557. Omnes Moniales à Lutheranis fuerunt profligatae, unicâ remanente Abbatissâ Agnete Brennerin, quæ Monasterium conservavit, & post sequentes duos annos iterum, Collect. Script. Monast. Tom. VI.

quæ dispersæ fuerant, in illud redierunt. Quo tempore calamitoso, uti & bellō Suevicō, ac defectione à vera fide plurima bona fuerunt eis ablata, duobusque annis Prædicans aliquis Lutheranus in Monasterio habitavit.

1568. P. M. Provincialis Jodocus Schyssler duas Moniales ex Valduna huc destinavit, & sic de novo introducit monasticam vitam, Monasteriumque redintegravit numerō quinariō Sororum. Novi, ac varii adversarii sub specie visitationis, reformationis successere, quos vigil cura, ac justus PP. Conventual. zelus devicit.

Annō 1629. die 12. April de Consensu Illustrissimi Domini Nuntii Lucernensis aperuit sepulchrum, B. sic dictæ, Leutgardis, repertō integrō, & recenti cerebrō, aliisque ejus Reliquiis.

1640. Iterūque annō 1663. hoc Monasterium B. Matris olim præsagiō, jam nunc 3tiō, deflagratione absumptum est. Atque amplius 1717. ædificiis perficiebatur. Multa subiit per duo sœcula undequaque pericula, gravamina. In omni foro, Ecclesiastico, & civili Conventus hic ferè continuo, pro suis juribus judicio contendere, & decertare debuit. Confessarius earum est Pater Min. Conventualis.

### §. VII.

#### Monasteria 3tiæ Regulæ Numero 22.

#### AUGUSTA.

Annō 1250. Vidua, duæque filiæ ejus Tertiariæ, domi suæ, ad stellam dictæ, religiosam instituere vitam.

Annō 1258. Domicilium commodè mutarunt in Monasteriolum: Sub directione FF. Min. Prima hīc Magistra B. Adelheidis Irengard, quæ anno 1302. sanctitatis famâ obiit.

1537. Sorores Religionis Lutheranismi diras vexationes expertæ, & exturbatæ, annis 13. exules, demum admissæ domum, & licet 60. annis regulariter eas visitare non licuerit, religiosissimè tamen cohabitarunt.

1586. Sub P. Provinciale Georgio Fischer, denuo Provinciæ nostræ sunt aggregatae, nostris autem 1537. usque 1631. urbe exclusis, & 1649. iteratō expulsis, alienæ curæ, postremo PP. Dominicanorum ut Confessorum commissæ fuerunt, salvâ semper omni jurisdictione Provincialis nostri.

1622. P. M. Provincialis Hugolinus Kneuff novis eas reformavit statutis, ac habitu formæ. Optimisque vivendi modis tam prioribūs, quam recentibūs stabilivit.

1649. Fratres Augustæ novissimè excedentes, ipsis Sororibus Altare B. V. Mariæ de succursu miraculosum reliquere, posita conditione, & obligatione restitutionis, si reverterentur. Reliquario earum collatus est integer, & incorruptus digitus S. Elisabeth. à R.D. Mathia Widemann Eminentissimi Episcopi Augustani & Cardinalis Sacellanò donatus.

1748. Totō abhinc sœculō Conventionalibūs Augustæ exclusis. Primus iterum Ordinis nostri Confessarius ad stellam pro cura Sororum Spirituali destinatus, & admissus est, R. P. Ferdinandus Ihler.

#### BECHA.

##### Diaçes. Conf.

##### Custod. Lacus.

Annō 1400. Fœmina è Gallia, mirabilis dicta Textrix, artificiō suō, casam sibi hīc extixit, facta Tertiaria, religiosè vixit: Famâ bonâ Sorores è Sulgovia, Riedlinga, Marckdorffio, Bergheimiō, allexit, sibique adjunxit.

1414. Ædificatō religiosō Domiciliō, ad Provinciæ nostræ gremium, approbatione Episcopali, à P. M. Joanne Lemis Provinciale sunt assumptæ.

1438. Ædificata fuit Ecclesia, & fundata Capellania à R. D. Joanne Sutor Sulgoviensi Parocho in Hasen-Wüller, Decano Cap. Thüringani, qui 1469. Bechæ obiit. Jus nominandi Capellatum, qui hucusque Sororum Confessarius, ipsis competit. P. M. Provinciali jus admittendi Confessarium.

1442. Ecclesiam sub titulo S. Nicolai consecravit Reverendissimus F. P. Joannes Episcopus Bellinensis, Suffragan. Constant. Ord. Min. Convent.

1620. Beliō Suecicō, jacturam bonorum, amissione documentorum incurrerunt afflctæ, & prefigatæ Sorores.

1633. Milites Suecici candelas, & cereas (prout à Sororibus fieri solitum coram crucifixo in Ecclesia) ludibrium facientes coram quodam milite, quasi esset Christus. Sed punitione divina profiliuit scintilla ex cereo in ejus vestimentum, quæ & vestem, & ludibendum in cineres redegit, antequam commilitones aquam afferre potuissent, & flamam extinguere.

1755. Mense Febr. Ecclesia cum domo hospitalitatis circa decimam nocturnam incinerata, ac tam sumptibus Monasterii, quam Eleemosynis piorum reædificata.

BREM.

## PROVINCIAE ARGENTINENSIS.

217

### BREMGARTA.

*Dioecesis Constant.*

*Custod. Basileæ.*

**A**nnō 1377. convenerunt in quadam domuncula piæ viduæ, & virgines, quæ sub directione Spirituali FF. Min. Conv. vixerunt. 1392. Quidam civis Bremgartensis Henricus Landamann, & ejus conjux Elisabetha liberè donarunt, & fundarunt domum suam pro 4. Sororibus tertiam regulam S. P. Francisci professis. Fundator prædictus foundationem in frumento novam effecit.

1481. Cum civitate inferiore Monasterium monialium, remanentibus duntaxat ruderibus redactum fuit in cineres.

1579. Magistratus Bremgartensis, tempore defectionis à Religione, hoc Monasterium ad incitas ferè adduxit ob excessivas exactiones pecuniarias, & oblationes.

1622. Moniales novum hodiernum Monasterium propriis suis sumptibus, & expensis reædificarunt, ac anno sequenti Ecclesiam ex fundamento tam propriis, quam piorum legantium sumptibus, & eleemosynis.

1630. Post longas tricas, quas adversarii quidam, excitarunt, Conventualibus omnimoda jurisdictio, Monasterium hoc deinceps, ut antiquitus, visitandi; gubernandi in spiritualibus, ac temporalibus, de novo data, & confirmata fuit, tum à præcedente Illustrissimo Domino Nuntio Lucernensi Domino Cyriaco Roccio, quam successore Reverendissimo, Illustrissimo Domino Ranucio Scoto, utroque Nuntio Apostolico. Confessarius Monialium istarum est Pater Min. Conventualis.

### BRIGANTIUM.

*Dioecesis Constant.*

*Custod. Lacus.*

**A**nnō 1340. Brigantinæ duæ Sorores, Anna, & Dorothea Müllerin, exiguâ hic habitantes casâ, in valle (vulgo Thalbach) sub tertia Regula S. P. N. Francisci, quam uti habitum à FF. Min. Conventualibus Constantiae receperunt; & associatis brevi pluribus, sibi ædificarunt Monasterium, quod anno 1575. ampliatum fuit, & Ecclesia in honorem S. Antonii Eremitæ ædificata.

1593. F. Benignus de Genua Ord. Min. Episcopus Brixiensis, Visitator Generalis Apostolicus ordinavit, ut Breviarium Romanum recitarent.

1597. Omnium opinione sancte obiit ven. Domina Magistra Regula Weissin, quæ electa fuit annō 1557. sibi vîta fuit ante parvulam Statuam B. V. M. preces fundere, ignitos radios emittere usque ad Imaginem pertingentes, & reciprocè imago B. V. Mariæ aliquando similes radios ad illam emisit; intravit Monasterium, dum esset septem annorum, à quo tempore usque ad annos probationis, professionis &c. semper vitam sanctam vixit. Huic etiam apparuit piissima Monialis Soror Agnes Studerin post obitum suum nata Brigantii, pallio induita cœrulei coloris, & stellis, ac radiis mirificè fulgente.

1637. Longas lites sub specie reformationis, quam tamen Moniales neutquam recipere voluerunt, contentæ PP. Conventualium asceticâ curâ, & vigilantia, quidem adversarii fecerunt FF. Franciscanis: quas P. Ludovicus à Mufis dissolvit, & datis litteris ad Regimen anterioris Austræ pro Monialium defensione, & jurium ordinis manutentione stetit.

1610. Ecclesia ædificata, annō 1675. Monasterium novum propriis constructum est sumptibus. Anno 1749. Confessarium acceperunt ex Ordine.

### GAMUNDIA.

*Dioecesis August.*

*Custod. Sueviæ.*

**A**nnō 1445. Anna Hammerstettin vidua fecit, & instituit domum suam Collegialem, nempe ein Seel-Haus für Seel-Schwestern, sibi associatis quibusdam in obsequium ægrotantium, moribundorum, & defunctorum.

1487. Sorores hæ sacerulares habitum, & Regulam 3tii Ord. à FF. Conventualibus suscepérunt, quas duæ ex Clarissarum Villingano Cœnobio velut Novitias instruxerunt.

1556. Propter pestem, & alias causas Monasterium hoc annō vix non interiit, unica adhuc per plures annos hic immorabatur Monialis, Domina Mater Maria Barbara Mayerin.

Anno 1701. Novam Ecclesiam, quam decenti decore exornaverunt, ædificarunt. P. Confessarium dictæ Moniales unum ex PP. Conventualibus Gamundianis habent.

### GORHEMIUM.

*Dioecesis Constant.*

*Custod. Lacus.*

**A**nnō 1303. Leutgarta, & Bethuna virgines cum Sodalibus suis piâ conversatione, & devotissimâ vitâ Monasterio initium feceré.

1347. R. D. Parochus in Laiz, Dominus Conradus de Rischah Sororibus Capellam S:

I i i 2

Michaë.



Michaelis cum omnibus bonis & juribus ab ea dependentibus, quorum omnium ipse fuit Dominus, donavit. Successu temporis ditatae sunt bonis plurimis per fundationes, donationes, emptiones: atvero vexationibus, civicis oneribus, bellicis contributionibus &c. valde sunt vexatae.

1691. Molestissimæ causæ facta est compositio. Gorheim, ut erat pagus populosus olim, beneficium simplex à Sororibus ex parte fundatum, pagò per bellum dissipatò, diminutum est, ut Beneficiato insufficiens, ab Episcopali officio Constantiensi ad requisitionem ordinis permisum fuerit sustentationi cujusque Confessarii, de residuis exiguis proventibus: licet r̄mum ab ordine Confessarium Conventualem receperint anno 1671.

Anno 1724. Novum ē fundamentō suis sumptibus, & eleemosynis Monasterium suum ædificaverunt.

## GRÜNENBERG.

*Diœces Constant.*

*Custod. Lacūs.*

Annō 1282. Fratribus Eremicis locum hunc olim incolentibus, & Sacellum S. Annæ Sacratum, denique desertum, annō memoratō successore aliquot Sorores devote, inter eas B. Elsa, vulgò die gutte Claussnerin, facta dein ceterarum Superiorissa, Mater, & Magistra, virtutibus, etiamque miraculis clara; Ea Duce 3tiam S. Francisci Regulam Sodalitas hæc est professa.

1355. Prænobilis Dominus Albertus Hypschlin de Ravenspurgo, habitans in castro montis Grunnenberg, hoc intrà locatum, suis opibüs dotatum fundavit inclusorium; ipse demum factus funus fundo datus, ac sepulchro juxta B. Sor. Elsam, usque ad universalem aperturam est inclusus. Confessarius Monialium est P. Franciscanus Min. Conventualis.

1400. Sanctissimam suam Creatori reddidit animam devotissima Soror Elza, in vita & post obitum miraculis clarissima.

1446. Reverendissimus Dominus Joannes, Episcopus Bellinensis, Ord. Min. Conventualium Suffraganeus Constant, consecravit Sacellum hōc anno funditus restauratum, & ampliatum.

1631. Cum ducentos ac triginta annos B. Elza quievisset, multos precum suarum interventuā morbis, & doloribus liberasset. de licentia Reverendissimi, & Illustrissimi Domini D. Baynutii Scotti Nuntii Apostolici Lucernensis A.R.P.M. Joannes Ludovicus à Müffis Provincialis apertō tumulō ossa integra, decora, fragrantissimum odorem exhalantia reperta, postero die honorificenter recondita sunt, quæ beneficiis clarere non desinunt.

1730. Monasterium extoto novum, à priori remotum, & antrorum est ædificatum, unâ cum Ecclesia.

1745. Ed translata sunt ex ædicula vetusta ossa B. Elsa, de licentia Celsissimi Domini Ordinarii; deposita 16. Aug. sub ara S. Crucis.

## HERMANSBURG.

*Diœces. Conf.*

*Custod. Lacūs.*

Annō 1398. Prænob. Dominus Egenoldus de Breitenlandenberg, & uxor ejus Verena de Klingenberg, ac filius Albertus de Landenberg ædificarunt hoc in loco duas domos, unam pro Monialibus, alteram pro servitalibus, easque domos fundarunt. Sepulti sunt prædicti fundatores juxta Altare Sacelli.

1398. Reverendissimus Dominus Henricus Schlee commendator Menau, locum & aream pro prædictis domibus cessit, & constituitur hujus Monasterii Patronus.

1401. Sorores, hæ prius Beguinæ, Regulam 3tii Ordinis à FF. Minoribus acceptatam, professæ sunt.

1634. Ven. Sor. M. Rosina, castitatis victima, Suecici militis furore, crudeliter cæsa, semiviva Überlingam deportata, ad S. Gallum, paulò post animam Deo reddidit 3. April.

1713. Monasterium, & Ecclesia noviter, & eleganter ædificata. In Confessarium habent Moniales Sacerdotem ex Ord. FF. Min. Conv.

## LAIZIUM.

*Diœces. Constant.*

*Custod. Lacūs.*

Annō 1308. Illustrissimi Comites de Montfort, hoc Monasterium ædificari curarunt, & fundarunt.

1527. Illustrissimus Dominus Felix Comes de Werdenberg, & conjux Elisabetha Comitissa de Freyberg, & Neuenburg novâ structurâ reædificatum Monasterium pro 12. personis fundarunt.

1486. Imago miraculosa dolorosa B. V. Mariæ tempore, & initio hæreos lachrymata, ex Ebingen per duas Sorores huc est deportata.

1611. Grassante pestilentia Sorores omnes sublatæ fuerunt, exceptis quatuor.

1665.

1665. Monasterium, quod bina jam deflagratione vastatum, ē fundamento nunc excitatum, iterumque anno 1681. reparatum; novissimè anno 1723. ex toto fuit innovatum.

1687. Sorores Chorum suum in navi Ecclesiæ Parochialis concessione Serenissimi Sigmaringi Principis, altitud ne, quanta est Ecclesiæ, extruxerunt. Ipsis à Confessionibus est Pater Franciscanus Ord. Min. Conv.

### MARGRETHUSIUM.

*Diœces. Conſt.*

*Cuſtod. Lacus.*

A nnō 1330. Gynæco Religioso fundamenta jecere 3. Comitissæ, Tertiariæ, de Engen, de Mengen, de Trichtelfingen; aream, ac domum donantibūs Prænob. Domino Conrado, von der alten Thierburg, ejusdemque conjugé Domina Adelheide, ac Anna Matre, nata de Bernhausen

1337. Divertit hīc aliquantis per piissima, & ex hominum famâ B. Soror Leutgardis, fundatrix Wittichii: harum informatrix fundationem de Thierburg, & Parentum donationes voluntate impari, duo filii fratres habuere, natu minor Burchardus ratihabuit, & firmavit; natu major Melchior, arrogando sibi titulum, & jus Patronatūs, Ober-Schirm, und Schutz-Recht, graves intulit Sororibus molestias..

1633. Expertæ sunt Suecorum fævitiam, bonorum jacturam &c. 1692. Primum ex Ordine Confessarium accepere P. Fortunatum Wy Lucernensem. 1699. Novum ædificare Monasterium.

### MÖCKINGA.

*Diœces. Conſt.*

*Cuſtod. Lacus.*

A nnō 1378. Parochus loci cum consensu Domini L. B. de Bodmann, vendidit vineam, Ecclesiæ contiguam, viro cuidam Burckardo ē Bodenwald, cuius Soror M. Adelheidis de Waldspuren vineæ loco Inclusorium condidit, & tertaria Monasterio fundatum posuit.

1577. Monasterium hoc multūm defecit; quin etiam anno 1580. Sororis incuria Sacellum, & potior pars Monasterii periit incendiō. 1590. Sorores ē Thalbach huc destinatæ, spiritualiter, ac temporaliter reformarunt, omnia instaurarunt. Suecico dein bellō totum ferè Monasterium interiit secundō. 1721. Noviter ex toto ædificatum est,

### MOSHEMIUM.

*Diœces. Conſt.*

*Cuſtod. Lacus.*

A nnō 1387. Fundator hujus Monasterii, Prænob. Dominus Udalricus Hundbifs de Rausenspurgo, domum, aream, hortum, partem superioris chori, Sororum devotioni accommodatam cum consensu P. R. D. Parochi attribuit.

1465. A Celsissimo Domino Ordinario Constant. concessum est iis in sua Capella ad S. Antonium diēta persolvere cultum divinum, audire Missas, communicari.

1701. Veteri destructo, novum exstructum est, & anno 1736 ampliatum hoc Monasterium. 1742. Sacellum cum 3. Altaribus, & Crypta mortuali consecratum.

1752. Assumperunt ex Ordine Confessarium.

### MUTTENTHAL.

*Diœces. Conſt.*

*Cuſtod. Basileæ.*

A nnō 1280. Valle hac virgines quædam, bono spiritu conductæ in solitudinem juxta Sacellum vetustissimum struxere domicilium, ubi post quatriennium, ordinem S. Francisci 3tiū, instructione Fratrum Conventualium Lucernensium suscepérunt, & professæ sunt.

1350. Solitudo floruit hoc cœtu virginum, plerumque nobilium. Sed intra sesqui seculum variis calamitatibus, peste sunt sublatæ, hæresi profligatae: Monasterium binð incendiō penè extinctum, à Tigurinis dirutum, in solitudinem redactum, nemine inhabitante.

1590. Refloruit solitudine FF. Conventualium, patrocinante Republica Suitensi: Religiose iterum virgines huc introductæ, statum restituere.

1605. In antiqua Ecclesia sepiùs ante ortum auroræ concentus Angelicus mira suavitate audiebatur, testantibūs diversis Religiosis, ac fæcularibūs fide dignissimis, & omni exceptione majoribūs.

1606. Ante sois ortum apparuit in adjacentis montis summo cacumine columna ignea, ac fulgidissima, ex qua quinque radii lucidissimi præmicabant, ad instar quinque stigmatum S. P. N. Francisci pertingebant usque ad tectum, & superliminare Monasterii, maximo aspicientium tremore, & admiratione.

1607. Eādem horā, quā ven. & hominum rumore beata Soror Maria Ursula Christi  
*Collect. Script. Monast. Tom. VI.*

K k k

Stip

stin prima hujus Monasterii, & monastice disciplinæ Reparatrix, ac mira devotione conspicua animam suo Creatori reddidit, totum Monasterium insolito spiravit odore, haud aliter, ac si mellifluum cœlum pluviam aromaticam, aut Rosaceum deplueret Balsamum.

1629. Die 14. Julii. Gravem tempestatem Monasterium obruit. Terra insolitis motibus crebrò quasfata, visi Dracones ignivomi per aëra rapido volatu ferri, tanta imbrum colluvies repente hoc delata, ut aquis fundamenta rimantibus, & terram obruentibus, domus jam jam lapsura videretur. In tanto discrimine P. M. Ludovicus à Musis Minister Provincialis, precatione ex Rituall, & benedictione adhabita & cruce Hispanica intumentum fluctuum molem, subito & uno momento in oppositam partem, Deo imperante, avertit, domumque, & Conventum à præsentaneo submersionis, & subversionis periculo, precum subsidio & armis sanctis vendicavit. Sequentibus annis Mutta ferè fecit locum mutare, & demigrare Sorores. Remotiori à Mutta dein, & eminentiori loco, anno 1684. Monasterium, & Ecclesiam sub S. Josephi patrocinio extruxerunt.

Confessarium ex Ordine FF. Min. Conv. assumpserunt.

## NEOHUSIUM.

*Dioecesis. Conf.*

A nno 1460. Tertiariæ quædam à FF. Conventualibus Eslingæ ad vitam Religiosam institutæ, hoc loco convenerunt ubi quondam FF. Eremitæ, Beguardi, habitaverunt.

1475. Septem Religiosæ Sorores novum hic domicilium, aream, juxta Parochialem Ecclesiam, donante gratiose Domino de Neuhausen, ædificaverunt, extructo etiam magnis expensis, fonte.

## RAVENSPURGUM.

*Dioecesis. Constant.*

A nno 1335. quatuor devotæ virgines in domo, vicina Sacello S: Michaëlis, religiosæ conversantes, hujus Sacelli usum à Reverendissimo Domino Abbe Weingartensi, & Magistratu Ravenspurgensi consequebantur. Anno 1406. tertiam Regulam sunt professæ. 1614. Prænob. Domicellæ Anna & Barbara Romerin Sorores, pro Monialibus Capellaniam fundârunt, attributo eis jure nominandi, & P. Guardiano Constantiensi jure præsentandi. Celsissimus Dominus ordinarius dispensavit, ut hoc Beneficium fæculare possit ordinis nostri Religiosus administrare; simul & officio Confessarii Sororum fungi. Anno 1630. habuere quidem Confessarium, Patrem ex Ordine, & Fratrem Laium, sed ob pauperiem anno 1634. dimisso. Cumque iterum Ordinis Confessarium 1722. postulassent, & jamjam è Conventu Überlingano unus Patrum nostrorum destinatus esset, obstitit Lutherana pars, ne à civitate admitteretur. Eo anno novam in Ecclesia renovationem incepérunt. 1718. 1738. & 9. Monasterium successivè ædificârunt. Eorum Confessarios cum consensu P. M. Provincialis nostri modò agunt PP. Carmelitæ.

## REUTHA.

*Dioecesis. Conf.*

A nno 1400. quinque prudentes virgines, primaria Sodalium erat Elisabeth Acklin, Betha bona, vulgo appellata, receptæ Inclusorio, quod eis retro Parochialem Ecclesiam ædificavit, & cum horto donavit Reverendissimus D. Conradus Kügelin Ord. Can. Reg. S. Augustini præpositus in Waldsee; ab Episcopo, & Celsissimo Domino ordinario Marquardo de Randegg ordini nostro commendatæ, institutum 3tii Ordinis S. P. Francisci, & quædam statuta à PP. Conventualibus receperunt.

1420. In Festo S. Catharinæ V. & M. mundo denascitur, & Angelorum Regi desponsatur, finibilem claudens vitam beata, communi hominum famâ, Elisabetha Achlerin, vulgo bona Betha, miraculis in vita clara: erat autem Betha bona progenita Patre Joanne Achler Waldseensi. Matre Anna erat bona Betha à cunabulis pietati addicta, crescens in timore, & virginali pudicitia. Cum ordinem tertiae Regulæ longis precum instantiis annum agens 14. obtinuisse, dictu incredibile est, quantis mortificandi corporis austerioribus cœpit, quibus tentationum certaminibus conflixerit, quam indefessis à Sathanâ stratis tenticulis periclitata immobilis constiterit, quibusve vitiorum trophæis exornata triumphârit. Demum Christi famula fasciis immortalitatis exuta in delicias Christi amarosi, & dilecti sui sponsi recepta, famam sanctitatis in moribus, in membris signa crucifixi reliquit. Anno 34. miraculorum multitudine usque nunc claret. Vitam ejus mirabilem, & sanctam Confessarius ejusdem ad 20. annos, Reverendissimus Præpositus Waldseensis, Dominus Conradus Kügelin conscripsit. Processus beatificationis Elisabethæ Bonæ adhuc durat, & urgetur.

1580. Monasterium incineratum, Sororum sumptibus tuit reædificatum, quod & anno 1653. contigit.

RIED.

## RIEDLINGA.

*Dioecesis Constantia.**Custod. Lacus.*

**A**nno 1420. Domina Gutta Klingerin vidua, quatuor Sororibus 3tiæ Regulæ ex Mosheim, & aliunde vocatis, aream, hortum, & agri quatuor jugera liberaliter donavit.  
1515. Inter Magistratum, & Monasterium sunt quedam pacta inita. Ecclesia est S. P. Francisco dedicata.

## SIPPLINGA.

*Dioecesis Constantia.**Custod. Lacus.*

**A**nno 1400. R. D. Conradus Heller Sacerdos sacerdotalis, ut liberiū Deo serviret remotior ab hominum consortio, hic structam sibi aediculam duabus virginibus consanguineis suis reliquit, ac recessit. Illæ factæ discipulæ fratrum Überlingani Conventus, Regulam, & habitum 3tiæ ordinis acceperunt. A Reverendissimo Domino commendatore in Altschaufen aliquot prædia, census, & decimas pro honesta sustentatione obtinuerunt.

1526. Monasteriolum hoc, fatale subiit exitium peste, hæresi, atque tumultu belli rustici. Rebelles rustici, sororibus profligatis, domum, facellum vulcano devoverunt.

1607. Monasteriolum post ruinam ab Altschusianis reædificatum, sibi hucusque servatum, à Præfecto inhabitatum; denique P. M. Provinciali Laurentio Buder à Reverendissimo Domino Commendatore, reservato Patronatus jure, fuit restitutum; per Sorores aliunde adductas redintegratum. Ecclesia S. Udalrico sacra noviter est ædificata. 1705. Concessum asservari sanctissimum. 1722. Monasteriolum novum, inductâ per expensas Domina pauperie fuit ædificatum. Patrem Confessarium ex Ordine FF. Min. habent.

## SOLODORUM.

*Dioecesis Constantiensis**Custod. Basileæ.*

**A**nno 1421. Ad Agnulum dicta domus, contigua Monasterio Fratrum, sororibus Tertiariis, Ord. S. Francisci, à Magistratu destinata est, sub cura, custodia, & directione spirituali PP. Conventualium.

Anno 1587. Capucini recepti, & locum extra urbem Solodoranam adepti.

1616. Moniales per octennium ob speciem reformationis Capucinæ multa sustinuerunt, sed tempore temptationis & afflictionis turbine fidelissimæ perstiterunt, malentes mori, quam ab instituto recedere.

1624. Agnelli, bonæ sorores, oportuniorem locum, extra urbis mœnia, dominorum licentiâ obtinuerunt, ædificatâ, & mirè exornatâ Ecclesiâ, & extructo Monasterio sub S. Josephi venerando titulo, ac patrocinio; quod facta translatione, anno 1651. anno 1676. clausura regulari se munierunt, in hodiernum diem religiosa conversatione ac disciplina incolentes.

1655. Sacra Corpora, & Reliquiae Ss. Martyrum Amantii, & Victoris Roma huc deportata ex Ecclesia Collegiata Ss. Ursi, & Victoris magna cum solemnitate, & pompa in hanc Ecclesiam fuerunt translata.

Confessorius Monialium est unus Pater è Conventu FF. Min. Conventualium.

## SULGOVIA.

*Dioecesis Constantia.**Custod. Lacus.*

**A**nno 1394. Honestissima, & devotissima vidua Anna N. facta Tertiaria, duabus cognatis virginibus associatis studio religiose paupertatis, opere textrino, vietum, & amictum sibi, suisque comparavit à Fratribus Conventualibus Überlinganis Religiosum habitum, & 3tiæ Ordinis Regulam impetravit.

1435. Reverendissimus P. M. Generalis, Guilielmus à Casali, eo tempore existens in Germania, sorores has, et si ab exordio curæ Fratrum Conventualium, ac visitationi fuerint concreditæ, specialiter tamen incorporavit huic Provinciæ, easque omnium Ordinis privilegiorum participes declaravit, & nova statuta nomine suo, per P. Provincialia mandavit.

1647. Sorores bonorum temporalium jacturam antè jam, belli tumultu perpeñæ, hoc anno 8. Sept. saevitia militum spoliatae, profligatae, dispersæ, vitam foris agebant egestate, & mendicitate.

1702. Antiquam, & ruinosam domum suam diruentes novum Monasterium, & Ecclesiam suis sumptibus, & collectis eleemosynis ædificaverunt sub titulo S. Elisabethæ.

## UBERLINGA AD S. GALLUM.

*Dioecesis Constantia.**Custod. Lacus.*

**A**nno Christi 640. Gunzo Dux Sueviæ, sive Regulus Allemanniæ regnans circa Lacum Acronianum, ordinariè residebat Überlingæ, eratque Duci Gunzoni Castellum, in

quo ejus filia nomine Frideburga per S. Gallum Abbatem fuit liberata à Dæmonio, & ad fidem Catholicam conversa, & tametsi Sigeberto Regis Galliarum filio jam esset desponsata; maluit tamen hortatu S. Galli pauperem, & domesticam ducere vitam cum quibusdam suis nobilibus virginibus in Monasteriolo sibi in fratre castrum ædificato, tunc temporis extra urbis mœnia sito, in loco, hodie Galler sic dicto, qui suæ liberationis locus fuit, ubi inclusa diem supremum meritis plena piissimè obiit. Tandem Moniales post plurimas temporum, & bellorum vicissitudines, ac Regulæ suæ, & Instituti varietates, à Regula ipsis à S. Gallo præscriptâ, ad tertiam Regulam S. P. Francisci transfierunt.

Anno 1396. Periculum exterminationis, quasi de reprobo Beguinarum grege forent, subière, ut veræ tamen Religiosæ à Reverendissimo, & Illustrissimo Domino Marquardo de Randegg Episcopo Constantiensi agnitiæ sunt, & comprobatae.

1440. Lues contagiosa intra modicum temporis spatium absumpit hac in urbe 1600. hominum, & tunc unanimi consensu utriusque statutus decretum fuit, ne quis piam deinceps alibi, quam in communi cœmeterio extra urbem sepulturam obtineret. Eadem pestilentia cum multi, imò prope omnes FF. Conventuales absumpti essent. P. M. Georgius Hoffmann curam Monialium Sacerdoti sæculari Sacellano concessit, ex quo tempore ut Parochianæ habentur PP. Conventuales Confessariatum retinent, & Moniales Visitacioni P. M. Provincialis subsunt.

1535. Destructio foris Monasteriò, à milite Würtenbergico, intra civitatem receptæ, Patronò Prænob. D. Clemente Reichlin de Waldeck. Ecclesiam parvam ad S. Gallum, sub hujus Patroni nomine, ac titulô antiquo, & Monasteriolum, suis, & Benefactorum expensis condiderunt.

1634. Ven. Sor. M. Rosina de Hermansberga à Suecico milite semioccisa, hic mortua, & sepulta fuit.

## WEPPACH.

*Dioecesis. Constitutio.*

*Custod. Lacus*

Wegbach olim, benè dictum, quia Viatori cuidam per sylvam erranti, viam vivæ voce monstravit culta in trunco, Imago S. Matris Annæ, cujus honori sacrata fuit multos post annos Ecclesia Monasterioli, cui fecit initium & fundamentum Familia Sydne Marckdorff.

1424. Domum, aream cum omnibus pertinentiis, ab omnibus decimis, & censibus liberrimam liberaliter donando Sororibus Tertiariis, quæ primitus inhabitabant domum à nobili, quadam Domina leprosa, olim ædificatam retrò Monasterium hodiernum, paulò vicinorem versus Markdorffum in Territorio Heiligen Berg: modernum verò situatum est in Salemitano.

1633. Suecica irruptione Ven. Mater Margarita Arnoldin de Augusta propter fidem, & castitatem trucidata fuit coram Christi crucifixi Imagine in Refectorio.

1686. Primus ex Ordine Confessarius, qui hoc loco resideret, fuit P. Antonius Klach Augustanus etiam hic vitâ functus, & sepultus.

## WUNNENSTEIN.

*Dioecesis. Constitutio.*

*Custod. Lacus*


Annò 1228. Reverendissimus Dominus Abbas, ac Princeps Sant. Gallensis Cuno de Busnang Monasterium hoc ædificavit, quibus ipsem Regulam, & vivendi modum præscriptis.

1272. Regulam S. Francisci tertiam de Pœnitentia suscepérunt, eamque professæ sunt in manus Ministri Provincialis P. Conradi de Porta Cœli, qui eas ad suam visitationem, & hanc Almam Provinciam assumpsit.

1579. Die 12. Jun. Monasteriolum hoc, cum antea temporum injuriâ, bellorumque, ac hæresum tumultibus ferè deletum, & extinctum esset, iterum à P. Rocho Nachbaur Guardiano Lucernensi ex Commissione P. M. Provincialis Jodoci Schüffler visitatum, reformatum, ac denuo sufficienti Sororum aliunde adductarum numerò reparatum.

1602. Occultè ad PP. Capucinos ex gremio hujus Almæ Provinciæ avulsum fuit hoc Asceterium.

Anno 1745. Sub M. Provinciali P. Leodegario Bürgisser, instante Visitatore Episcopali Domino Zelling, petitus est ex Ordine nostro Confessarius, eisque hucusque in Capitulo assignatus.



INDEX

# INDEX.

## A.

- Abbatia Sorethensis*, germ. Schussenried. 35.  
*Abbatia Tungerloensis* encomium. (24)  
*Adelbergensis Monasterii origo*. 25. fata 39. 53. ecclie status 60. Abbates 76. dira patiebatur à Calvinianis 83. illius status 86.  
*Aegidius à Lewis*. (44)  
*Alexander III. Pontif. Max. Ord. Præmonstr. leges seu statuta univerſa amplio Diplomate confirmavit* (36)  
 - VI. Pont. Max. 76.  
*S. Alexii Monasterium* 35.  
*Altaris Sacramentum. v. Sacramentum.*  
*Anhusium monasterium* 40.  
*Argentinensis provinciae Provinciales &c.* 188.  
*Atrebas Jacobus* (42)  
*Averbodiense Monasterium* (22)  
*Augusta*. ibi Monaster. Ord. Minor. &c. 216.

## B

- Becha*. ibi Monaster. Ord. Minor. &c. 216.  
*Berchthodius Præpositus II. Canonice Roggenb.* 25.  
*Berchthodius II. Roggenburg. Præpositus* 43.  
*Biberacensis Parochia unitur Monast. Roggenb.* 40.  
*Bibliotheca Roggenburg*. 79.  
*Bonifacius IX. Pont. Max. elect.* 46.  
*Bræquius Joann. Abb. Viconiens.* (55)  
*Breg Vitus Abbas Roggenburg*. 100.  
*Bremgarta*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 217.  
*Brigantium*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 217.  
*Brjacum*. ibi Conventus Fratr. Minor. 196.  
*Brüschius poeta notatus* 91.

## C

- Callistus III. Pont. Max.* 62.  
*Calviniani graffiantur in canonias filiales Roggenburg*. 82.  
*Canonicorum Præmonstr. Roggenburg. introduc-  
tio, habitatio, ecclesiæque consecratio* 10.  
*Carmen epicum in mortem Sifridi* 4.  
*Carolus V. Imper.* 90.  
*Chronica Ord. Min. S. P. Francisci conventionalium,*  
 quæ per superiorē Germaniam Divæ Elisabethæ facra est 177.  
*Churwaldensis Monasterii origo*. 19. fata 39. præ-  
 positi 42. pauca de eo 45. 53. Abbates 59. 75. di-  
 ra patiebatur à Calvinianis 83. illius status 86.  
 90. 104. 109.  
*Cistercienses inter & Præmonstr. confirmata pax &  
societas.* (28)  
*Clarissarum Conventus ubi?* 213.  
*Clemens IV. Pont. Max. elect.* 39.  
*Coenobia Ordinis Præmonstr.* (12)  
*Conradus Canon. Adelberg. elect. Abb. Ord. Præm.*  
 gener. 33. Præpositus Roggenburg. 40.  
*Constantia*. ibi Convent. Fratr. Min. 197.  
*Conventus restantes Fratrum Minor. S. Franc.* 196.  
*Clarissarum ubi?* 213.  
*Corporis Insaffiatice de causa* 101. continuatio de  
 hac re 104.  
*Curia*. Rhoetiæ transalpinæ metropolis 17.

## D

- Deyringer Joannes*, Abbas Monast. Roggenb. 56.  
*Dosfer Franciscus*, Abbas Roggenburg. 120.

## E

- Eberhardus*, Comes Würtemberg. 66.  
*Episcopi Raseburgenes* (49)  
*Ermann Georgius Abbas Roggenburg*. 88.  
 - Martinus Abbas Rothenlis 96.  
*b. Evermodus*, Raseburg. Episc. (36)  
 F.  
*Ferdinandus I. Imper.* 90.  
 - Archidux Austriae 99.  
*Fierkeus Joannes* (51)  
*Florentiæ Abbatia* (7)  
*Foedus Suevicum* 77.

## S. Foillani Abbatia

- (11)  
*S. Franciscus*. vid. *Chronica. Ordo Minorum &c.*  
*Friburgum*. ibi Convent. Fratr. Min. 197.  
*Fridericus Barbarossa Imper.* 30.

- III. Imper. merita in Monast. Roggenb. 56. 62.

## G

- Gamundia*. ibi Convent. Fratr. Min. 198. Monaster.  
 Ord. Min. &c. 217.  
*Geisler Casparus Abbas Roggenburg*. 150.  
*Georgius*, Bavariae Dux 76.  
*Gertrudis*, Virgo Mefshovii reclusa, quæ? 35.  
*Gerungus*, Præpositus I. Canonice Roggenburg. 13.  
*S. Gilbertus* sive *Guilbertus* (41)  
*Godefridus Cappenbergensis* (8)  
*Gorhemium*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 217.  
*Gregorii XIII. Pont. Max. Diplom. de Festo S.*  
 Norberti &c. (58) elect. 99.  
*Gränenberg*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 218.  
*Guelphonis*, Bavariae Ducis memoria 40.

## H

- Hagenoa*. ibi Convent. Fratr. Min. 199.  
*Haitonus*. (48)  
*Heitershemium*. ibi Convent. Fratr. Minor. 199.  
*Helinus VII. Abbas Floreffiensis* quantus vir? (40)  
*Henricus Præpositus Roggenburg*. 43.  
*Heripolis*. ibi Convent. Fratr. Minor. 200.  
*Hermansberg*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 218.  
*Hieber Georgius Abbas Roggenburg*. 95.  
*Hispaniae Monasteriorum status* (33)

## I

- Innocentius IV. Pontif. Max. elect.* 39. VI. Pont.  
 Max. elect. 46.  
 - XI. Pont. Max. 132.  
*Insaffiatum corpus. v. Corpus.*  
*Joannes*, cognomento *Fierkens* (51)  
*Joannes*, cognomento *Lacopius* (57)  
 - Præpositus Roggenburg. 43.  
 - - - - - 50.  
 - XXIII. Pont. Max. elect. 53.  
*Julii II. Pont. Max. Diploma de legibus seu statu-  
tis Ord. Præmonstr. interpretandis vel limitan-  
dis* (52).  
*b. Ivetta*. (42)

## L

- Lacopius Joannes* (57)  
*Laizium*. ibi Monaster. Ord. Min. &c. 218.  
*Laurissa*, Ord. Præmonstr. Monasterium (29)  
*Lefflense Monast.* (29)  
*Lenfius Eustachius* (42)  
*Leodicensis Monasterii origo* (10)  
*Leonius Sibrandus* (58)  
*Lienhardt Georgius Abbas Roggenburg*. 169.  
*Lintner Hugo*, Abbas Roggenburg. 133.  
*Lisquense Cœnobium* (21)  
*Lucerna*. ibi Convent. Fratr. Minor. 201.  
*S. Lucii Monasterium* 16. ejus præpositi 42. pauca  
 de eo 45. 53. Abbates 59. dira patiebatur à Calvi-  
 nianis 82. illius status 89. 104. 109. 149.  
*Ludi equestris* 47.  
*Ludolphus*. (44)  
*Ludovicus Præpositus Roggenburg*. 36. alias hujus  
 nominis 41.

## M

- Mahler Georgius Abbas Roggenburg*. 66.  
*Mang Thomas Præfui Uriperg* 96.  
*Margrethufum*. ibi Monast. Ord. Min. &c. 219.  
*Marquardus Præpositus Canonice Roggenb.* 36.  
*Maximilianus I. Imper.* 76. II. Imper. 96.  
*Mayer I. Joannes Abbas Roggenb.* 84. II. Abbas  
 Roggenb. 92. III. Abb. Roggenburg. 100.  
*Maynga*. ibi Convent. Fratr. Minor. 202.  
*Menfridus Præpositus III. Canonice Roggenb.* 31.  
*Milo Venerab. Morinensis Episc.* (31)  
*Minor-Augia*, Monaster. 46.

) ( 2 Moeckin-



# I N D E X.

- Moeskinga.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 219.  
*Monasteria* Ord. Præmonstr. (12) eorum index (61)  
*Monasterium Roggenburgense* ejus Historia. 1. v.  
*Roggenburg.* S. Lucii in Rhoetia transalpina 16.  
*Monasterii Churwaldensis origo* 19. *Adelbergen.*  
*is Monast. origo* 25. *Rüttinenensis* 34. S. Alexii 35  
*Weissenau* 46.  
*Mons Marianus.* ibi Convent. Fratr. Min. 203.  
*Mons S. Victoris.* ibi Convent. Fratr. Min. 203.  
*Moshemium.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 219.  
*Müller Joannes.* Abbas Roggenburg. 77.  
*Muttenthal.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 219.  
**N.**  
*Neohusium.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 220.  
*S. Norberti Historia* seu vita, à Laurentio Surio  
 edite quis auctor? (23) de Festo S. Norberti &c.  
*Gregorii XIII. Pont. Max. Diplom.* (58)  
*Norbertini Ordinis institutum ac forma* (1) num  
 initio Abbates habuerit? (11)
- O.**
- Offonisburgum.* ibi Convent. Fratr. Min. 204.  
*Ordinis Minorum Conventualium Argentinens.* de-  
 coramina quædam 186. Ministri Teutonici, &  
 Provinciales Argentiniens. Provinciae 188. Fra-  
 tres & Sorores, qui in Provincia Argentiniæ præ-  
 ceteris vita sanctimonia claruerunt 194. Fra-  
 tres, qui ad dignitatem Episcopalem fuerunt as-  
 sumpti 195. Systema Provincie in 6. Custodias  
 partite 195. Conventus restantes fratrum 196.  
*Ordinis Norbertini institutum ac forma* (1)  
*Ordinis Præmonstratensis Chronicon* (5) Leges sen-  
 statuta confirmatae (36) de hisce interpretandis  
 se a limitandis Diploma Iulii II. Pont. (52)  
*Osterhovienensis Can. Reg. Coll. versum in Cœnobium*  
*Præmonstrat.* (25)
- P.**
- Paradyssus.* ibi Conventus Clarissarum 213.  
*Paulus IV. Pontif. Max.* 94.  
*Petrus d' Lutra* (49)  
*Philippus secundus Abbas* Ord. Præmonstr. (28)  
*Pöller Udalricus Abbas* Roggenburg. 65.  
*Postula celeberr.* Hospitale (35)  
*Præmonstratensis Ordinis Chronicon* (5) Cœnobia  
 (12) Præmonstratenses inter & Cistercienses con-  
 firmata pax & societas (25) v. *Ordo Præm. Mo-*  
*nasteriorum index* (61) Præmonstr. Canon. Rog-  
 genburg. introductio &c. 10. illius studium pro  
 conservanda disciplina regulari annis 1527. &  
 seqq. 83.  
*Probst Michael Abbas* Roggenburg. 105.  
*Provincia Argentiniensis* &c. vid. *Ordinis Minor.*
- R.**
- b. *Radulphus,* Abbas Viconiensis (41)  
*Raseburgenses Episcopi* (49)  
*Ratisbona.* ibi Convent. Fratr. Minor. 205. Clarissa-  
 rum 213.  
*Rauscher Adalbertus Abbas* Roggenburg. 127.  
*Ravensburgum.* ibi Monaster. Ord. Min. &c. 220.  
*de Reichenberg.* Gaudentius 87.  
*Reinerus.* (41)  
*Reutha.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 220.  
 b. *Richardus.* (39)  
*Riedlinga.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 221.  
*Roggengburgum, Cœnobium* (12)  
*Roggengburgensis Canonice Præpositi* 1. prima Mo-  
 nasterii origo 2. Roggenb. Canonice Præmonstr.  
 introductio &c. 10. quænam hujus Canonice pri-  
 mogemita filia? 16. quænam secunda filia? 19.  
 Parochiæ huic unitæ 50. *Abbates* 55.  
*Roggengburgense Monasterium.* Religiorum disci-  
 plina 13. sub protectionem Apostolicam recipi-  
 tur 14. bona alienata revocantur, & nova coe-  
 muntur 38. 40. 44. 56. jus tutelæ transit ad Præ-  
 positum 40. transactio cum subditis de Nord-  
 holz 65. impetrat Privilegium de erigendo ju-  
 dicii foro 51. Altaris portatilis & Pontificalium  
 usum 72. jus gladii & facultatem nundinas ce-  
 lebrandi 78. fori, & tutela Domui Austriae
- EX \*
- desertur 88. jus venandi or. frg. erigendi mo-  
 len dina, & ne subditi alibi recipiantur in cives  
 56. emit Nordholz 56. Taverthoven 84. mo-  
 lellia à Præficiis March. Burgov. 51. Biblio-  
 theca 79. Gyrovagos, &c. eliminati dissidia  
 cum March. Burgov. 95. differentiæ super ju-  
 risdictione in Taverthoven 95. delineatio 125.  
 Origo peregrinationis ad thaumaturgam ima-  
 ginem B. V. M. in Schießen 129. septimum fe-  
 culum celebrat. 139. viri litterati 172.  
*Rommelius Fridericus Abbas* Roggenburg. III.  
*Rudolphus,* Præpositus Roggenburg. 41.  
*Rüttinenensis Monasterii Origo* 34.
- S
- de Augustissimo Altaris *Sacramento Historia* valde  
 notabilis 47.  
*Sarburgum.* ibi Convent. Fratr. Minor. 206.  
*Schalck Bonaventura Abbas* Roggenburg. 117.  
*Schießen.* Origo peregrinationis ad thaumaturgam  
 imaginem B. V. M. in Schießen 129.  
*Schiffelin Joannes.* Abbas Roggenburg. 97.  
*Schoenaugia.* ibi Conventus Fratr. Minor. 207.  
*Scholæ Adelbergenses* 28.  
*Schaffter,* Abbes 35.  
*Schwaninger Dominicus Abbas* Roggenburg. 136.  
*Seditio Ruticorum* 81.  
*Sibrandus.* Abb. Ord. Præmonstr. (44)  
*Sibrandus Leonius* (58)  
*Sibodus.* (39)  
*Sigismundus Imper.* 54.  
*Sipplinga.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 221.  
*Sixtus IV. Pont. Max.* 76.  
*Solodorum.* ibi Conventus Fratr. Minor. 207. Mo-  
 nafter. Ord. Min. &c. 221.  
*Sorethenus Abbatia* 35.  
*Spira.* ibi Convent. Fratr. Minor. 208. Clarissar. 214.  
 ad Stadion Christoph. Comes 87.  
*Steinveldense Monasterium* (13)  
*Steinveldense Monasterium* (12)  
*Strahovienensis Monasterii Origo* (14)  
*Sulgovia.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 221.
- T.
- Tanchelinus Hæresiarcha* (8)  
*Thannae.* ibi Conventus Fratr. Minor. 210.  
*Thausean Norbertus Canonicus* Roggenburg. mo-  
 ritur 161.  
*Theodosicus Præpositus* Roggenburg. 40.  
 - II. Roggenburg. Præpositus 43.  
*Treher Jodocus Abbas* Roggenburg. 78.  
*Truchſej Otto Episc. Auguitan.* 90.  
*Trunæus Gerardus* (60)  
*Tungerloenje Monasterium* (23)  
*Tungricus Joannes* (48)
- V.
- Überlinga.* ibi Conventus Fratr. Minor. 211. ad S.  
 Gallum. ibi Monast. Ord. Min. &c. 221.  
*Udalricus Præpositus* Churwaldæ &c. 34.  
 - Præpositus Roggenburg. 50.  
*Ulrici, Præpoliti Adelbergensis* mors & sepult. 32.  
*Ulricus, Præpositus* Roggenburg. 36. 50.  
*Ursperga.* 13. Jodocus & Joannes ibi Abbates 58.  
*Valduna.* ibi Conventus Clarissarum 214.  
*Viconiensis Abbatia* (11)  
*Vigilii Præpositi Sanct-Lucensis* mors 30.  
*Villinga.* ibi Convent. Fratr. Minor. 211. Clariss. 215.  
*Vitriacus de Canonicis Præmonstr.* (45. 46.)
- W.
- Wedinchausense Monaster.* (30)  
*Weissenau,* Monaster. 46.  
*Weppach.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 222.  
*Werckmann Jacobus Abbas* Roggenburg. 103.  
*Werdenstein.* ibi Conventus Fratr. Minor. 212.  
*Wittichium.* ibi Conventus Clarissarum 215.  
*Wunnenstein.* ibi Monast. Ord. Min. &c. 222.
- Z.
- Zeisertshovenensis Parochia* unitur Monaster. Roggen-  
 burg. 50.
- \* \*

